



*Qe. 226.*





ANDREAE GVLIELMI CRAMER,

ANTECESSORIS KILIENSIS,

DISPVNCTIONVM  
IVRIS CIVILIS

LIBER SINGVLARIS.



SVERINI ET WISMARIAE,  
SVMTIBVS BOEDNERIANIS  
MDCCXCII.

AN DER UNIVERSITÄT HANNOVER  
VON DR. J. C. GLEIM

MUSICOLOGIA  
HANNOVERENSIS



## PRAEFATIO.

Si, qui in publicam lucem nunc pro-  
dit, Dispunctionum iuris ciuilis Roma-  
ni eiusque historiae Liber singularis,  
fugientibus iam terras et euanescen-  
tibus plerisque locis harum rerum stu-  
diis, non omnino displicerit doctiori-  
bus atque intelligentibus uiris: et gra-  
tum id erit Auctori, et cepisse se sui  
laboris fructum impense laetabitur. Ena-  
tus per occasionem, ut alia quae scri-  
nia in futurum fortasse tempus seruant,  
per subcisiua horarum spatia elabora-  
tus fuit. Non tamen totus nunc de-  
mum exit. Caput enim illud, quod  
de SCto Claudiano exponit, exercitii  
causa conscriptum, moderante Uiro

Per-

Perillustri et Consultissimo *Adolpho  
Friderico TRENDELENBURG*, ICto  
et Anteceslore nostro Primario, Prae-  
ceptore olim in paucis nominatissimo,  
Disputationis publicae forma, Kiliae a.  
MDCCLXXXII. prodiit. Alia ali-  
quot capita, praefecto nobis fuerunt a.  
MDCCLXXXV ad supremos honores  
in Jurisprudentia consequendos. Om-  
nia tamen ita mutata et conuersa nunc  
emittuntur, ut parum coloris pristini  
manferit; reliqua nouae elucubratio-  
nis sunt. Tantum Te uolui, LECTOR,  
et Uale. Scrib. Kiliae a. d. XIII. Martii  
MDCCXCII.

CAP. I.



## CAPVT I.

*Restringitur generalis praeceptio, infamiam grauiore sententia tolli. Emen-  
datur et explicatur Constitutio SEUERI  
et ANTONINI, et de scholiis Βασιλικῶν  
quaedam.*

**M**anifesti et notissimi iuris est, quod MACER  
ait lib. II. de publicis iudiciis, a): In per-  
sonis tam plebeiorum quam Decurionum illud  
constitutum est, ut, qui maiori poena adficitur,  
quam legibus statuta est, infamis non fiat; idem-  
que quam plurimis aliis auctoritatibus firmatur,  
quas infra excitabimus. Haec potestas iudicis du-  
riorem irrogandi poenam, quam leges postulant, eo  
consilio, ut fama salua retineatur condemnato: quae-  
ri potest, an fuerit adeo generalis, ut nullis cancel-  
lis contineretur. Et notum est, uulgo hanc pote-  
statem simpliciter iudicibus adscribi b). Sed me-  
rito

a) cap. 10. §. vlt. 20. de poen.

b) Vid. V. c. NOODT ad tit. de his qui not. inf.  
et WESTENBERG ad eund. §. 54. et communiter  
ibi Doctores.

A

rito dubitari potest, et probabiliter adeo dici, eam  
ualde apud Romanos coarctatam fuisse et limitatam,  
si MACRVM recte exaudio, qui distincte satis, *in  
plebeiorum*, dixit, *et decurionum personis illud  
constitutum esse*. Non igitur id Romae uidetur per-  
missum, aut magistratibus omnibus fuisse, et in om-  
nes, sed prouinciarum Proconsulibus et Praefidibus  
in prouinciales. Quam opinionem ut in publicum  
conspicuum proferre sustineam, eo adducor, quod  
in omnibus capitibus, ubi de hac re praecipitur, co-  
loniarum uideam et municipiorum habitam ratio-  
ne. Ita enim supra apud Macrum *plebeii et de-  
curiones* tantum nominantur, et PAVILVS c)  
*Praefides* memorat, PAPINIANVS d) de ordine  
*Decurionum* loquitur. Ita quoque in rescripto, quod  
infra explicabo, nec unquam aliter legi. THALE-  
LAEVS quoque *Βασιλικ.* Tom. II. p. 643. id per-  
missum ait praefidibus. Sed iuuat PAPINIANI e)  
uerba adscribere et breui interiecta paraphrasi illu-  
strare. Ita uero infit libro I. *Responforum*:

*Ordine Decurionum ad tempus motus, et in  
ordinem regressus, ad honorem (Decurionatus)  
exempli relegati, tanto tempore non admittitur,  
quanto dignitate caruit.* (adeo ut, si ad biennium  
erat motus, tempore poenae effluxo, alterum bi-  
ennium exspectare debeat, ut de morum emenda-  
tione constet, donec recipiatur. Et haec tenus qui-  
dein generalis pertingit propositio: posse quem or-  
dine

c) cap. 13. §. 7. *ꝝ de his qui not. inf.*

d) cap. 15. *ꝝ ad municip. et cap. 5. ꝝ de decur.*

e) d. cap. 15. *ad munic.*

dine motum in ordinem redire. Iam uero ostendit ICtus, interdum uacillare hanc regulam, et attendendum esse ad causas remotionis temporariae.) Sed in utroque (tam ordine moto quam relegato, in quibus alias differentia est;) placuit examinari, quo crimine damnati (famoſo, nec ne) ſententiam eiusmodi meruerunt. Durioribus etenim (quam leges faciunt) poenis affectos ignominia, uelut transacto negotio, poſtea (poena impleta) liberari, minoribus uero, quam leges permittunt, ſubiectos nihilominus inter infames haberi; (nec decurionatum recipere exantlata licet poena) cum facti quidem quaefatio fit in potestate iudicantium, iuris autem auctoritas non fit, (i. e. cum iudex quidem pronunciare poffit, factum admissum eſſe, uel non, poena autem non a iudice proueniat, ſed a lege f).

Alteram speciem, de eo, qui ex non famoſo iudicio mouetur, omifit Papinianus aut Tribonianus. Neque enim ſemper ignominia adſicitur, qui ad tempus relegattur, aut ordine eiicitur, ſed is deum, qui facinus commiſit, cui lex nominatim indixit. Ille igitur exacto tempore procul dubio recipietur. Idem porro ICtus *Quaefitionum lib. 2. g)* ſic ſcribit:

A 2

Ad

f) Plenius Papiniani haec uerba retulit, nel potius circumſcripsit MARCIANVS cap. 1. §. 6. 20. ad SCt. Turpili. Facti quidem, inquiens, quaefatio in arbitrio eſt iudicantis: poenae uero perſecutio non eius uoluntati mandatur, ſed legis auctoritati reſeruatur.

g) d. cap. 5. de Decur.

*Ad tempus ordine motos ex crimine, quod ignominiam importat, in perpetuum moneri placuit: (quamvis enim ex sententia iudicis forte imperiti, tantum in temporale spatium remoti sint, tamen propter infamiam, restituti licet in ciuitatem, pristinum locum recuperare prohibebuntur.) Ad tempus autem exulare (uel ordine abstinere) iussos ex crimine leuiore (quam sententia iudicis requirit) uelut transacto negotio non esse inter infames habendos.*

Caeterum uariatum quandoque in hac re esse, et in ad tempus relegatos, uel ordine atque aduocationibus motos, post impletum temporis spatium infamiam non prorogari, simpliciter rescriptum esse ab Imp. ANTONINO *h*), id, inquam, scio, animaduerstum et defensum CviACIO *i*). Sed, nisi forte cuidam placuerit putare, propter licentiam, quam Tribonianus saepe adiiciendo non tantum, sed omittendo quoque sibi indulxit, rescriptum illud Antonini uerum et primaeuum sensum non retinuisse; commodius adhuc cum clarissimo Gallorum ICto POTHIER *k*), qui reliqua quoque loca, quae specie aliena uideri poterant, recte conciliauit, dicendum erit, *infamiam* ibi accipi debere pro ipsa probrofa interdictione. Sed ad rem redeo. Ex illis igitur, quae adduximus, probabiliter colligitur, cum damnatio quidem a iudice, poena autem a legibus penderet, hanc potestatem, grauius puniendo a nor-

ma

*b) cap. 1. Cod. de iis qui in exil. dat.*

*i) ad d. cap. 1. Cod. Opp. Prior. Tom. II.*

*k) in Pandect. restit. tit de Decur. §. XXXIII. not.*

*d) Tom. III.*

ma legitima recedendi, praesidibus tantum in plebeios municipiorum, cosque concessam fuisse, qui in iisdem honoribus fungerentur, et contra principia iuris Romani hodie omnibus tribui iudicibus. Id autem eo certius apparebit, quo altius in causam huius rei descenderimus. Ea uero procul dubio cum SCHILTERO *l)* in eo ponenda est, quod multitudine hominum plebeiorum et decurionum respublica Romana maxime indigebat ad munera et honores publicos obeundum in municipiis et coloniis. Sane ea ratio et in plebeis hominibus, quos scimus sequiori aeuo ad Decurionatum peruenire potuisse, cum antea id non liceret *m)*, et in decurionibus ipsis plene locum obtinere potuit, cum aperte proditum sit; *infames personas, licet nullis honoribus, qui integrae dignitatis hominibus deferri solent, (adeoque nec municipalibus) uti possint, curialium tamen, uel ciuilium (puta in municipiis et coloniis) munerum (i. e. oneruin) uacationem non habere, sed solennibus inductionibus (eae sunt praedialia onera) ob tutelam publicam eos satisfacere necesse esse.* Uerba recitaui Impp. DIOCLETIANI et MAXIMIANI *n).* Ne igitur in tam perditis ciuitatis moribus, quibus et Iudei adeo, et spurii et litterarum imperiti ad Decurionatum adscendebant,

A 3

atque

*l) Prax. iur. Rom. Exerc. X. §. XXVII.**m) cap. 13. §. 1. 20 de L. Corn. de fals. WUNDERLICH lib. sing. de legit. per oblat. curiae §. III. et IV.**n) cap. un. Cod. de infam. add. cap. 8. Cod. de Decurion. cap. 1. Cod. de his qui implet. stipend. et AMAGA ad tit. de inf. n. 93.*

atque in tanta hominum scelerorum abundantia, qua prouinciae scatebant, in hac porro penuria eorum, qui hunc honorem aut ultro appeterent, aut quodammodo coacti subirent, numerus amplius adhuc minueretur, hoc potestatis concessum fuit prouinciarum rectoribus, ut fontes quidem et poenae obnoxios, sed idoneos honoribus homines, infamia liberarent, seueriorem vindictam de iis suinendo.

Quae hactenus dixi, fulerum recipiunt ex eleganti, sed spinis circumsepto et difficulti rescripto Imperatorum SEVERI et ANTONINI o), ad cuius interacionem conspirasse uidetur quodammodo ad unum fere omnes, qui eius mentionem iniecerunt, Interpretes, cuius tamen, ut mox apparebit, sensus et uerba pisce saniora sunt. Ita uero in plerisque libris, qui hodie circumferuntur, perscriptum est:

*Impp. SEVERVS et ANTONINVS A.A. Venustiano.*

*Si Posidonium in tempus anni retegatum, sententiam non excessisse Proconsulis probaueris: quinque annis exilio temporali damnandum inter infames haberi non oportet: quoniam sententiae seueritas cum caeteris damnis transigere uidetur. P. P. VI. Kalend. Mart. Saturnino et Gallo Coss.*

*ACCVRSIVS p), ut a Glossatoribus initium capiam, quorum iuris scientiam alii carpunt, extollunt alii, Accursius igitur, uel antiquior aliquis ICts, ex cuius iecore sapuit, tempora, ut alibi, sic hic quoque, inuicem permutata esse contendit, et*

*o) cap. 4 Cod. quib. ex caus. inf. irrog.*

*p) ad cap. 4. Cod. dict.*

*relegatum pro relegando, contra relegandum inox  
pro relegato accipi debere.* Suppresso nomine  
placuit ea sententia plerisque aliis, et in his primo  
omnium, quantum inuenire licuit, CVIACIO q)  
nostro, qui tamen, fortiori usus medicina, sic in  
textu reponendum pronunciauit. Et ne quenquam  
species proposita districtum teneret, hanc effinxit:  
Proconsulem damnasse Posidonium in annum rele-  
gandum, in quinquennium, et damnatum paruisse  
sententiae, i. e. quinquennium in exilio perstisset,  
nec poenae refugum fuisse. Sic enim explicat illud:  
*sententiam non excessit.* Fuisse igitur Posidonium  
duriorem sententiam passum, quod sit damnatus in  
quinquennium, cum damnari tantum debuerit in  
annum: et ideo reuersum inter infames non haberet,  
licet actio, ex qua damnatus fuerit, famosa sit.  
Haec Ille r), quem longo spissoque agmine et de  
comuni sententia sequuti sunt celeberrimi, ma-  
gnaeque et eruditionis et famae viri, DONELLVS s),  
BACHOV t), Nic. ANTONIVS u), WISSENBACH w),

A 4

Ant.

q) ad cap. i. Cod. de iis qui in exit.

r) ll. nec non libr. II. Quaeſt. Papiniani in Opp.  
Postum. Tom. I. Part. I. p. 27. et ad Lib. I. Re-  
ſpons. Papin. Ibid. Tom. II. p. 21.

s) Comment. iur. ciu. Lib. XVIII. cap. 8.

t) ad τρεπτα p. 764.

u) de Exilio Lib. II. cap. 2. §. 5. in MEERMANNI  
Thes. Tom. III.

w) Exerc. ad τ. P. I. Disp. XI. §. 27.

*Ant. MATTHAEI x), Petr. PONCETVS y), SCHVLTING z), TYDEMANN aa) aliquie.* Sed primum, quae est haec licentia non unum, sed duo uerba conuertere, ut utrumque plane in contrarium mutetur? Deinde, quis unquam fando audiuist, *sententiam non excedere* dici, pro eo, quod est, non contumacem esse et sententiae parere. Sensit hoc *Cuiacius*, ideoque ualde obfcurum appellauit. Senserunt alii quoque, sed pauci, ideoque discessione facientes, alias rationes ineundas censuerunt, inter quos primum locum merito occupat *Dvarenus bb)*. Is uero putat, Posidonium a Proconsule annali exilio damnatum, paruisse quidem sententiae, sed appellasse praefectum praetorio. Qui cum quinquennali relegatione, et ita grauius damnauerit, sententiae severitatem cum damnis temporis longioris transegitte uideri. Adquieuit huic explicationi *Ostie. HILLIGER cc)*, et recipi posset, nisi et latinitas rursus obstaret, et non uerba Imperatorum, sed Praefecti Praetorio relata essent, aut si huius et appellationis ulla facta esset mentio. Quarum rerum cum nullum appareat uestigium, in proclivi est iudicare, quo pretio habenda sit *Duareni*

in-

x) *de crim. p. 914.*y) *Tr. de iur. munic. cap. XXVI, in MEERMANNI Thes. Tom. VIII.*z) *Enarrat. Part. I, 2o, p. 365, et Thes. Contron. Dec. IX §. 10.*aa) *in Ulp. Marcello Sect. II, cap. 2, §. 2, not. s in OELRICHS Thes. Nov. V. I. P. I.*bb) *ad tit. de bis qui not, inf. cap. 4.*cc) *in Donelle enuel. Lib. XVIII, cap. 8, not. (ii).*

interpretatio. Alia igitur via incessit, qui nominandus nobis restat *Io. SCHILTER dd*), qui omnium proxime ad rem accedens, non tamen per omnia uerum afflicetus, scopum strinxit potius quam feriit. „Casus, inquit, hic erat: Posidonius ex quoconque delicto ad tempus anni relegatus, non paruerat, adeoque duplicato tempore damnari poterat. *L. 8. §. 7. D. de poen.* Sed sententia concepta erat in quinquennium et quacrebatur, annon elapso licet quinquennio infamis manfurus?“ Addit deinde huic speciei consentientem rescripti explicationem. Sed quid si ostenderimus, hanc ipsam speciem legibus aduersari? Ita uero est. Neque enim *Schilterum* quidquam iuuare potest *Ulpiani effatum ee*): *Quisquis autem in opus publicum damnatus refugit, duplicato tempore damnari solet*, cum hoc de damnatis ad opus publicum receptum quidem fuerit, in relegatis autem contra obtainuerit, nec sine ratione grauiissima. Illa enim atrocior longe fuit poena, ut adeo manifestum esse rescribat *ANTONIVS ff*), *Decuriones in opus publicum dari non oportere. In relegato autem contumace quid iuris fuerit et consuetudinis, recenset MARCIANVS gg*): *Relegati, siue in insulam deportati, debent locis interdictis abstinere. Et hoc iure utimur, ut relegatus interdictis locis*

A 5

non

*dd) in Praxi iur. Röm. Exerc. X. §. 28.**ee) d. cap. 8. §. 7. w. de poen.**ff) cap. 3. Cod. de poen. cap. 9. §. 11. w. de poen.**gg) cap. 4. w. de poen. Add. CVIAC. Obs. Lib. VI. cap. 36.*

*non excedat. Alioquin in tempus quidem retegato perpetuum exilium — — — adrogatur.* Nec opponi potest alter MARCIANI hh) locus, restitutus ex Basiliis a Contio, cum in Florentinis desset: ibi enim manifeste distinguitur inter relegatum a ciuitate, et relegatum a prouincia.

Praeter eam, quae supra allata et confossa est, alia adhuc ab ACCVRSIO proponitur explicatio, qua uis a uerbis arcetur. Sed adeo est putida et absurdia, ut, cum eidem iam satisfecerit Duarenus, eam denuo referre ac confutando tempus infumere tae-deat.

Post haec igitur Iurisperitorum commenta ui-deamus, an noctibus his cimmeriis lumen aliquod inferri possit. In qua re, si, quod spero, caete-ris felicior fuero, non dicam, ingenio meo quid-quam deberi, sed uni fortunae et industriae, et aequi mecum felices potuisse illos, si Basiliea in-spixissent. Primum autem omnium, non aduer-terunt corruptam esse in plerisque libris lectionem, unde naturaliter euenit, ut internecina collyria ad subleuandum aegrum adhiberent. Sic autem le-gendum est: *Si (i. e. cum) Posidonium in tempus anni relegatum, secundum sententiam non excessisse Proconsulis ii) probaueris, reliquis in statu*

hh) cap. 12. <sup>27.</sup> de interd. et releg.

ii) Scriptum forte fuit: PR. unde deinde factum Proconsulis, cum fieri deberet Prauincia. Certe haec vocabula diuersimode notis exprimi constat ex VALERIO PROBO in MEERMANNI Thesaur. Tom I. p. 124.

statu suo manentibus. Atque ne gratis haec postulassem tibi videar, ad antiquas editiones prouoco. Ita certe expressum legitur in illa, quae *Venetius apud Baptisiam de Tortis anno MCCCC. LXXXVI* forma maiori, quam in Folio vocant, prodiit, nec minus in *Sennetoniana*; idemque notarunt in ora suarum CHARONDAS et CONTIVS. Unus SCHILTERVS adoptauit. RVSSARDVS probauit quidem, sed meticulosior, quod ipsum facere oportebat, in integrum haud restituit. Sufficere haec poterant, sed ut omnem, si quis forte restaret uerecundiori, eximam scrupulum, Basilica *kk)* testes appello, in quibus aperte legitur: *Ei Πετρον (sic saepe solent Romana nomina in Christiana mutare) εις χρονον ενισχυτον εξοριαθεντα μη σεληηλυθενται κατα την αποφασιν του αιθυπατου αποδεξει.* Hac tenus recte. Sed quae sequuntur: *και δια τοιοντεντεναιαυτου εξοριαθεσονται καταδικαθεντα, μεταξυ των αιμαν εναι αυτον ον χρη caet. uerum sensum non exprimunt.* Fingunt enim Basilici eandem speciem, quam Schilter effinxit, et magis id adhuc ostendunt, quae introductionis loco praemittuntur huic paraphasi. Proposita autem et ab Imperatoribus decisae species haec est: Posidonius quidam Decurio, leuioris criminis causa, sed infamiam irrogantis, forte iniuriae, accusatus in tempus anni relegatur. Infamia liber erit per hanc sententiam, quia non ordinaria poena plectitur, sed extraordinaria et grauiori. Debebat enim ex legibus nummaria poena  
coer-

*kk) Basiλικ, Lib. XXI. Tit. 3.*

coerceri, non relegatione, quae est multo durior.  
 Quanquam enim scio, D. Seuerum rescriptisse *ll*):  
 atrocis iniuriae damnatos in ordine Decurionum esse  
 non posse, tamen nihil causae est, quod nos co-  
 gagat, Posidonij *atrocis* iniuriae reum arguere. Prae-  
 terea illud scio, *iniuriam* saepe quamvis iniquita-  
 tem et quidquid dolo malo committitur notare, exi-  
 lioque mulctari amplius esse, quam ordine moue-  
 ri *mm*). Iam reus contumacia impulsus Proconsuli  
 obsequium denegavit, nec secundum sententiam  
 prouinciam excessit. Proconsul, quod in causis  
 grauioribus fieri debuit *nn*), rem omnem ad Imper-  
 ratores defert, simulque, forte iuris paulo impe-  
 ritior, quod non raro accidebat in militaribus in-  
 geniis, infamia quaerit an reum sequatur? Rescri-  
 bunt illi, Posidonium quinque annis exilio dam-  
 nandum, inter infames tamen haberi non debere,  
 adiecta ratione, quam supra latius explicauimus,  
 quaeque ad annalem, non uero ad quinquennalem  
 pertinet relegationem, quam nunc demum sustine-  
 re cogitur. Haec interpretatio obscuri et fere con-  
 clamati rescripti adeo manifeste uera et tantum non  
 probabilis uidetur, ut, quid contra dici queat cum  
 ratione, plane non inueniam. Quod ne arrogan-  
 tius dixisse uidetur, qui huius uitii sim ofor acerri-  
 mus, auctorem excitabo, quo certiorem frustra quae-  
 sieris. HEROS PATRICIVS est, iuris olim Anteces-  
 tor in schola Beryensi, commentator trium Codic-  
 um, Gregoriani, Hermogeniani et Theodosiani,

in

*ll) cap. 40. *to.* de iniur.**mm) CVIAC. Obs. Lib. XX, cap. 38.**nn) cap. 27. §. 1. *to.* de poenis.*

in quorum uno hoc rescriptum, quamquam hodie  
in Iustinianeo tantum legitur, insertum fuisse recte  
colligitur. Et utinam ista commentaria bono pu-  
blico adhuc extarent! Vixit circa tempora Theo-  
dosii iunioris, adeoque uix ducentis annis post Se-  
uerum et Antoninum, atque forte fortuna ad manu-  
s us eius integra peruererat istorum constitutio cum  
formula Proconsulis, cum adhuc absque dubio in  
provinciis extarent tabularia, quibus talia infereban-  
tur. Certe felicior in eo extitisse uidetur HERO<sup>E</sup>  
EVDOXIO, eiusdem aetati et Scholae ICto, quem  
itidem illustrasse Codices istos compertum habemus.  
Eius sententiam, paulo obscurius traditam, refert,  
et merito, sed acerbius, damnat, laudata Patricii,  
THALELAEVS oo), qui a Iustiniano adhibitus in col-  
ligendis partibus iuris, talium librorum non potuit  
non habere usum plenissimum. Adscribam eius  
uerba, memoratu maxime digna, quamuis paulo  
prolixiora, omisso textu graeco, quo chartae par-  
cam et otio. Sunt autem haec :

*Interrogatio : Non video quemadmodum haec  
constitutio intelligenda sit, tunc enim poena quae  
augetur famam conseruat, cum si condemnatio  
formata conceptaque lata esset, indicatus infamari  
deberet, nunc autem nec si relegationis tempus  
tantum duplicatum fuerit, in numero infamium  
esse debet. Solutio. Vere sciendum est, non  
esse eam speciem constitutionis quam posui, (ut sci-  
licet Posidonius damnatus fuerit ob crimen quod  
iniuriam non infert) quamvis Eudoxius Heros  
et alii antiquiores magistri hanc illi adsingant.*

*Sed*

oo) *Schol. ad d. cap. 4. Cod. quib. ex caus. inf. irr.*

Sed ideo illum securus sum, ut absurdam eius opinionem refellerem. refellam autem non ex propriis laboribus meis, sed ex Herois Patricii, nam ipse solus uere huius constitutionis speciem scivit, et secundum eius traditionem nos fingere debemus hunc Petrum iniuriarum actione ab initio conuentum, et uice condemnationis pecuniariae in annum relegatum fuisse, deinde sententiae relegationis non obtemperasse. quod cum Imperator resciuisset ipse ex auctoritate sua in quinquennii tempus ipsum relegavit, et subdidit, ipsum non esse infamatum, non propter grauitatem poenae ab ipso Principe ipsi inflictae, sed propter severitatem prioris condemnationis, cum a magistratu iudicatus quod iniuriam fecisset, uice nummariae condemnationis relegatus esset. Itaque si speciem huius constitutionis sic ponamus non aberrabimus: nam si dicemus ipsum oneratum quod in quinquennium relegatus sit, nequaquam constitutio constet, et peribunt labores memorati uiri illustris, doctrinam suam largientes in infinitum in hoc opere. (In commentario, puta, Thalelaei in Codicem.) Idemque ait, cum tempus relegationis duplikatum decennium excedit, puta si in sexennii tempus relegatus fuerit ex sententia, tunc non duplicatur tempus condemnationis, sed perpetuo relegatur. Uerum hoc non ille tantum, sed et Heros Eudoxius retulit ex libro 9. de Offic. Proc. (Ulpiani nempe cap. 8. §. 7. π. de poen.)

Rectissime ita, cum uim atque potestate rescripti tradiderit Thalelaeus, illud adhuc quaeri potest, qui factum sit, ut in textum Βασιλικῶν falsa et

et inanis interpretatio manauerit. Sed si quis at-  
tenderit, non semel aut bis, sed centies inuicem  
a se met non scholia tantum a scholiis sed ab illis tex-  
tum quoque dissidere, facile persuaderi sibi patia-  
tur, ut hoc opus, a Basilio institutum, perfectum  
a Leone et Constantino Porphyrogenetto, sine ul-  
lis credat animaduerscionibus et scholiis in lucem  
editum fuisse. Firmatur id Prooemio Basilicorum,  
in quo nulla adnotationum extat memoria, sed iu-  
ris tantum partes enumerantur, ex quibus εξηκον  
ταβιβλος conflatus est. Et usus quidem ita tulit,  
nec aliter factum in prioribus Codicibus, atque in  
omnibus quae Iustinianus iuris publici fecit. Quin  
is eo usque progressus est, ut commentarios omni-  
nes seuera lege interdiceret, ne iterum incerto ma-  
gis iure et consuetudine homines agere institue-  
rent pp). Postea temporis, cum corpus Basilico-  
rum non solum in forum deduceretur sed in scholis  
ad eum Constantinopoli tereretur, sensim notae et  
scholia adiecta sunt ab auditoribus et iuris studiosis,  
parte excepta ex ore Antecessorum, alia descripta  
ex antiquioribus Commentatoribus, Thalelao, Cy-  
rillo, Theodoro, Stephano aliisque. Ita tandem  
enati sunt et consisterunt Basilici, quales hodie ha-  
bemus, eadem ratione, qua Iustinianeum iuris cor-  
pus successu temporis auctum est partu Accursiano.

pp) *Constit. Deo auctore* §. 7. *Constit. Tanta* §. 27.

## CAP. II.

## CAPVT II.

*Reiecta emendatione explicati ULPIANVS  
et PAVLLVS.*

In Stipulatione manifesti, sed noui juris est, nihil referre qua lingua utaris, patria an peregrina, modo constet de his, quae inter partes aguntur. Id luculenter confirmat ULPIANVS Lib. XLVIII. ad Edict. a), cuius uerba haec sunt:

*Et Scriptura Sabini, sed et uerum patitur, ut omnis sermo contineat uerborum obligationem: ita tamen ut uterque alterius linguam intelligat, siue per se, siue per uerum interpretem.*

Ita membrana Pisana. HALOANDER autem, et secundum eum Sim. uan LEEUVVEN, cuius litteram, propter incertum lectionis, omnium pessimam puto, licet in titulo audacter glorietur ad Florentinum archetypum expressam, exhibent: *Et extat scriptura Sabini.* Eodem modo est in antiquis nostris, ubi tamen sequentia ita se habent: *Sed uerum puto ut omnis, caet. qua ex re denuo intelligi potest, quam inique in bonum Haloandrum plerumque faba cudatur. ACCVRSIVM utramque, et huius et Florentinam, in suis habuisse, perspicitur ex glossa ad hl.* In aliis adhuc longius receditur, et: *dubitari potest ex Scriptura Sabini. Sed uerum puto caet. legitur.* Ita in Sennetoniana, Hugon. a Porta et Baudoziana. Haloandri lectionem vide-

as

a) cap. I. §. ult. w. de Verb. Oblig.

as *Gerh. Noodt* b) placuisse, qui alias recte *Elib.*  
*LEONINI* c) conainina repellit. Sed recte quoque  
*uan de WATER* d) obseruat, nos non egerem  
 remediis externis, sed ex ipsis legis uisceribus et Floren-  
 tina medicinam proferri posse. Profert autem hanc:  
*Et scriptura Sabini sed ET uerum patitur*, at-  
 que sedet i. e. placet ait. Ea uero, ut ingenue,  
 quae sentiam, fatear, admodum mihi displicet. Pri-  
 mo enim, si hac notione *sedendi* uocabulum acci-  
 piamus, si unquam, certe rarissime non adiecto  
 dandi casu usurpatum legemus. Itaque idem *ULPI-  
 ANVS* e) quem Ille excitat: *apud officium deponi  
 debet, si hoc iudici fuderit; et Imp. ZENO* f):  
*quando hoc nostrae fuderit Maieflatii*; Nec mi-  
 nus in hanc rem *IVSTINIANVS* g) ait: *nobis me-  
 lior sententia fedit*. Deinde uero hunc ipsum sig-  
 nificatum, quem noui omnia occupasse lexicā, re-  
 ipsa nullum arbitror per se et absolute, atque om-  
 nino proscribendum. Quidni enim, quando uo-  
 cabulum aliquod *μεταρρητικός* adhibemus, an hoc  
 ita fieri debet, ut omnis cognatio cum prima et ori-  
 ginaria stirpe penitus intercidat? Non puto; sed  
 uero semper quaedam ueluti necessitudo, inter pri-  
 maeuam et translatam notionem remanere debet.  
 Idque, si curatius riuiari uelimus, pauloque altius  
 descen-

b) *de pactis et transact. cap. VIII.*

c) *Emend. Lib. II. cap. V.*

d) *Obf. iur. Rom. Lib. III. cap. 12.*

e) *cap. 7. §. fin. το. qui satisd. cog.*

f) *cap. 3. Cod. de Consul. et non sparg. pec.*

g) *pr. Inst. de Uſucap.*

descendere in linguae genium, a priscis ubique fere factum intelligemus, nisi, quando sublato antiquo et primario significatu, nouus in usu et ore hominum uersari coepit. Igitur quotiescumque quid cui *sedere* dicimus, semper subaudiendum erit, in animo, mente, ingenio, aut simile quid, id quod plerumque adeo additum animaduertes. Sic **URGILIVS** h):

*Si nihil extanta Superis placet urbe relinquī,  
Et sedet hoc animo.*

ubi inanis esset *ταυτολογία*, nisi diceremus fortius esse *sedere*, quam *placere*. Alibi per haerere exprimit, ut in hoc:

*Haerent infixi pectore uoltus,  
Uerbaque, nec placidam membris dat cura  
quietem i).*

Abstineo plusculis exemplis, ne taediosus fiam, et ad Ulpianum reuertor, in cuius uerbis nihil deprehendo, cur salua esse nequeant. Ait: *Et scriptura Sabini sed et uerum patitur. Quid, quaefo, hic obscuri aut insoliti? Audio uero, displicenter enim ista: Scriptura Sabini patitur. Quasi uero ini- quum esset patiendi uerbum inanimatis rebus iungi. Uni POMPONIO k) testimonium denunciabo, nam taedet tritae rei diutius immorari. Ius nostrum, inquit, non patitur, eundem in paganis et testato et intestato decepisse.* Ita autem phrasis: *Scriptura Sabini* et si paulo insolentior nemini tamen scrupu-  
lum

b) *Aeneide Lib. II. vſ. 660.*

i) *Ibid. Lib. IV. vſ. 4.*

k) *cap. 7. w. de Reg. iur.*

lum mouere debet, cum non plane extra usum atque consuetudinem loquendi sit. Eodem enim more POMPONIUS <sup>l)</sup> scripturam Q. Mucii, et PAULVS <sup>m)</sup> Iuliani scripturam dixerunt. Unum adhuc quaeri potest, scilicet, cur Ulpianus aiat, uerba Sabini et uerum h. e. rationem atque aequitatem pati, ut omnis sermo contineat stipulationem. Et respondebimus, ideo id procul dubio factum esse, quia Sabinus in iis, quae paulo ante hunc locum adducta, de Latina et graeca tantum lingua differuerat, de aliis nihil dixerat. Sed ut appareat, quae nam in his Ulpiani, quae uero Sabini putem, totum locum adscribam, utriusque sermone litterarum diuersitate distincto:

Eadem, an alia lingua respondeatur, nihil interest. Proinde si quis Latine interrogauerit, respondeatur ei Graece: dummodo congruenter respondeatur, obligatio constituta est. Idem per contrarium. Sed utrum hoc usque ad graecum sermonem tantum protrahimus, an uero et ad alium, Poennum forte, uel Assyrium, uel cuius alterius linguae, dubitari potest? (Quia nimurum Sabinus de his nihil commemorat, iisque linguis Romani non adeo adsueta erant, atque Graecae.) Et scriptura, sed et uerum patitur, caet.

## B 2

Haec

<sup>l)</sup> cap. 7.  $\varpi$ , de annuis leg.

<sup>m)</sup> cap. 18. §. 5.  $\varpi$ , de damno inf. Adde CVIAC. ad

cap. 1.  $\varpi$ , de hered. inst. in Opp. Prior, T. I.

p. 1115.

Haec igitur prima et Ultima Ulpiani esse iudico et scribligo eius solita fidei facit, intermedia Sabini, in quem ille commentatus est.

Sed quia iam in eorum descendimus pascua, quibus, ut GELLIVS ait, suave est glossaria colligere et lexicia, operae pretium nobis facturi vide-  
mur, quando iusta ratione foras pellere audemus uerbum, non nisi bis in omni Latinorum scriptorum numero obuium, ut *αιωνεξ ειρηνεων* copia quantum per nos licet minuatur. Habet autem illud PAULLUS n) Lib. VI. Responforum:

*Lucius Titius, accepta pecunia, ad ma-  
terias uendendas sub poena certa, ita ut si  
non integras repara est auerit intra statuta tempora, poena conueniatur, partim  
datis materiis (et effluxo tempore praeflitu-  
to) deceffit. Cum igitur testator in poenam  
commiserit, neque heres eius reliquam ma-  
teriam exhibuerit: an et in poenam et in  
usuras conueniri possit? praesertim cum  
emtor mutuatus pecuniam, usuras grauis-  
simas expendit? Paullus respondit: ex con-  
tractu, de quo quaeritur, etiam heredem  
uendoris in poenam conueniri posse: in ac-  
tione quoque ex emto, officio iudicis, post  
moram intercedentem, usurarum pretii ra-  
tionem haberi oportere.*

Elegans profecto species, et responsum Paullo dignum, nec quidquam mouet AVTVMNVS, qui, re-  
ferente GROENEWEGEN ad hl., iniquum putat uen-  
ditio-

n) cap. 47. *πτ. de Act. cmit. ueud.*

ditorem eiusue heredem et poenam et iniuriae pecuniae usuras praestare, atque aduersum quoque effato PAPINIANI o). Recte enim *Ant. FABER p)* distinguit inter factum promissum et pecuniam creditam. Huius usura legibus constituta est, in factis autem usura non uersatur, ideoque usurae legitime recte petuntur ratione pecuniae, poena conventionalis propter non-factum et fractam immunitamque fidem. Sed haec obiter, id enim nunc non agimus. Alter locus est ULPIANI q) hic:

(*Scaeuola*) decreuisse Diuum Marcum refert, fideicommissum eis repraestandum intellecta matris voluntate.

Norica et Sennetoniana in Paullo *praefliterint* habent, priscae nostrae res *praeflauerit*. In Ulpiano Haloander *repraesentandum* exhibit, quod sustinetur libris antiquis. Eadem lectionem CVIACIVS r) tuetur, indeque infert in altero quoque loco *repraesentauerit esse* substituendum: mox tamen reuersus pristinam coniecturam retractat et *repraesflare* idem, ait, esse, ac rem *praestare* s). Sed non conuenit hoc satis neque Paullo neque Ulpiano. Quare MÜLLERVs t), consentiente GESNERO u), prior

B 3

rem

o) cap. 13. §. 26. *W.* Eod.

p) Rational. ad d. cap. 47. *W.* Eod.

q) cap. 22. pr. *W.* ad SCtum Treb.

r) *Obseru.* Lib. III. cap. 15.

s) *Obseru.* Lib. XIII. cap. 35.

t) in der *Verm. Hamb.* Bibl. Tom. I. p. 90. *sqq.*

u) in *Thef.* L. L. bac uoce.

rem secutus emendationem utrobiusque *reypresentauerit* et *repraesentandum* scribendum esse contendit. Sed quod ad Paullum attinet, audaciis hoc, quam critica ars patitur, et mitius foret aut Halanthrum sequi, aut *praeflauerit* retinere, quae forma defensione non caret. In Ulpiano sane lectio vulgaris est quantius pretii et non improbabilis, cum tot libris sustineatur. Sed cum Florentina utroque loco apte seruari possit, nihil innouandum censeo. Potest autem, si, ne hilo quidem uiolato, sed disiecto uerbo, legas ibi: *re praeflauerit*, i. e. re ipsa, re uera praefliterit, hic: *re pravstandum* eodem sensu. Scripsoram haec ante sexennium fere, cum uideam eandem ferme rationem placuisse *Car. Franc. CONRADI w)* et *DVARENO*, quem *BAVDOZA* narrat legisse: *re praeflarit.*

w) in *Iulio Paullo ab iniur. crit. def. §. XVIII. in Parerg. p. 547.*

---

### CAP. III.

## CAPVT III.

### *Ordo capitum in Pandecte exemplo illustratus.*

Haud ignotum fuit, qui abhinc aliquot saeculis ingenti Iurisprudentiae Romanae commodo uixerunt, ICtis, quantum lucis affundi queat obscurioribus, Pandectes in primis, fragmentis, ex ordine, in quem ea ab architectis Corporis iuris collacata fuerunt, quae benignius fatum ad posteros transmisit: a nemine tamen magis excultum fuit hoc ~~equum~~ artificium, quam hoc nostro aevo a Uris clarissimis *Chr. Franc. KOCH* a) et *Gottl. HVELAND* b). Eorum igitur doctrinam placet hoc capite illustri aliquo exemplo confirmare, et spicilegium in messem addere, quam Illi quidem in horrea colligere coeperunt, cuius tamen pars maxima adhuc aliorum laborem exspectat. Exspectat autem eo magis, quo fortius plerisque sedet sententia *Hier. ELENI* c), quo ordine cuique compilatorum quodque oblatum, lectum, probatumque, eodem in medium, tanquam in symbolum quoddam, coniectum et sub rubricis defcriptum esse, ac *DVAREN*i d), qui, quod mirere, in titulorum col-

B 4

loca-

- a) *Diff. de ordine LL. in w. Gieffae 1784. Praefide amplissimo parente.*
- b) *Diff. de LL. in w. interpretandar. subfido ex earum nexu et consecutione petendo. Ien. 1785.*
- c) in *Consult. de optima rat. discendi iur.*
- d) in *Epist. de ratione discendi iur. in Opp.*

locatione neminem iure conqueri posse arbitratur, rem ipsam autem loqui, Tribonianum in tractando cuiusque tituli arguento nullam methodi rationem habuisse. Quae sententia, ut in nonnullis a uero parum aberrare deprehendatur, tamen in multis titulis falsa est. Argumento esse poterit, ad quod iam peruenio, exemplum,

Decantatissima sunt haec GAI<sup>I</sup> e) ICti uerba:

*Obligationes aut ex contractu nascuntur,  
aut ex maleficio, aut proprio quodam iure  
ex uariis causarum figuris,*

et non minus decantata controuersia de his, quae uariis causarum figuris i. e. diuersis speciebus negotiorum ICtus comprehendenter. Post magnas tandem multasque agitatas uarietates obtinuisse uidetur haec sententia, ut figuris istis obligationes omnes complexus fuerit, quas neque ex contractu, neque ex maleficio originem trahere certum est, ipsasque adeo obligationes, quas quasi ex contractu, aut quasi ex delicto oriri iuris conditores dixerunt. Nam de his, quae ex legibus directe descendunt, quamquam probabile est Gaium sensisse quoque, tamen ad probandum difficile est. Istam uero sententiam ante *Schultingium* et *Meurerum* fouerant quidem dudum post *Accursivm* f), qui tamen more suo ineptias misceret, *CVIACIVS* g), *Nic. CATHARI-*

NVS

e) cap. I. pr. *W.* de Obl. et act.

f) ad dictum GAI<sup>I</sup> locum,

g) ad b. I. Opp. *Postum.* Tom. IV, Part. II, p. 340. s*q.*

Nvs h), aliique supremi insinque subfellii ICti, ne-  
mo tamen unus acutius peruidit, aut elegantius ex-  
pediuit amico doctissimo *Ad. Diet. WEBERO i)*,  
eius ad epulas haec tanquam symbolam collectiti-  
tiam adiecta uolo. Eius igitur argumentis, in pri-  
mis illo ex *Inscriptione k)* petito, si quis adeo sit  
morosus ut concedere nolit, forte ex ordine et  
*curia@reia* capitum in isto titulo a Triboniano col-  
locatorum ueri conuinci se patietur. Is autem or-  
do in quinque prioribus, postea enim Architectes  
sui similis dicam, an dissimilis fit, rotunda qua-  
dratis miscens, is, inquam, ordo adeo manifestus  
est, ut qui non uideat lusciosus merito habeatur.  
Proposito enim obligationum fonte generatim *cap.*  
*I. pr. w. d. t.*, mox, quae ex contractu ori-  
untur, aut *re* dicuntur contrahi, aut *uerbis*, aut  
*consensu*, ait §. I. Omissa est illa obligationum  
species quae *nominibus* apud ueteres fieri solebat,  
sed forte non tam Gaii, quam Triboniani culpa.  
Cuius emblematis suspicio inde enata est, quod,  
cum Gaius *scripturae* mentionem iniecerit Aureorum

B 5

libro

- b) *Obs. et Coniect. Lib. IV. cap. 6.* in *MEERM. Thes.*  
*Tom. VII.* p. 792. qui tamen male suspicatur et  
sine ratione ea uerba esse a manu Triboniani,
- i) in libro; Systematische Entwicklung der Lehre  
von der natürlichen Verbindlichkeit und deren  
gerichtlichen Wirkung p. 53. sqq. quem, si  
ingeniosum et utilitate commendabilem dicam,  
dixerim quod res est,
- k) Quod iuuari potest iis quae *CONRADI de Caii*  
*libris rer. quotidian.* §. V. sqq. exponit in *Pa-*  
*terg. p. 120,* sqq.

libro tertio *H.*, non potuerit non in partitione generali contractuum, h. e. libro secundo Aureorum, unde haec sumta sunt, eius meminisse. Sed haec obiter.

Exposito igitur contractuum fonte deinceps ICtus enumerat (A) quae *re* contrahuntur obligationes, videlicet (a) *Mutuum d. cap. 1. §. 2.* (b) *Commodatum §. 3.* qui duo contractus inter se conferuntur §. 4. (c) *Depositum §. 5.* (d) denique *Pignus §. 6.* Sequuntur (B) quae *uerbis* contrahuntur §. 7. — 15. et (C) quae *confensu* substantiam capiunt *cap. 2. w. Eod.* quod ex eiusdem ICti Institutionum libro tertio desumptum est. Enarrata sic prima obligationum parte, coronidis loco, subiiciuntur quedam PAVLLI *uerba*, *cap. 3. w. ht.* quibus altius descenditur in naturam et conditionem contractuum uniuersim.

Excipit dein hanc primam, ordine ita postulante, altera obligationum diuisio, earum, quae sola *re* consistunt h. e. *maleficia*, quorum descrip<sup>tio</sup> iterum fit *uerbis Gaii in cap. 4. w. Eod.* ubi de *fурto, damno, rapina, iniuria.*

Restat ultima pars, quae uarias causarum figuris continet. Quae quales sint, deprehenditur ex relatione Gaii rursus in *cap. 5. w. Eod.* Ibi enim primum sermo de his, quae quasi ex contractu oriuntur, quales sunt obligationes e *negotiorum gestione cap. 5. pr.*, e *tutela §. 1., hereditatis aditione §. 2., acceptione non debiti per errorem soluentis §. 3.;* deinde de his quae *quasi ex male-*

*H) Vid. cap. 2. §. 1. w. ht.*

*maleficio* originem ducunt, nimirum de *imprudentia iudicis qui litem suam fecit* §. 4. eiusue, *cuius ex cogenaculo deieatum aut effusum*, aut qui ea parte, quæ vulgo iter fieri solet, *positum aut suspensum habeat*, quod, si ceciderit, potest alicui nocere, §. 5. deque aliquali culpa *exercitoris nauis*, aut *cauponae*, aut *stabuli* de damno aut furto §. 6.

Quae sequuntur, nihil amplius moramur, quippe quæ miscella continent argumenta, tam obligationum quam actionum. Sed ex haotenus exppositis procul dubio manifestum est, quid variis causarum figuris complexus fuerit Ictus, idque patere prodidimus ope ordinis capitum, etiam si de auctoribus eorum nihil constaret, atque Inscriptiones iniuria temporis, quod in quibusdam aliis factum esse nouimus, intercidissent. Senserunt idem nobiscum, sed pressius et uerbo fere, intermortua paene nomina, quae suscitare iterum hac occasione iucundi est, DONELLVS *m*), BORCHOLten *n*), GIPHANIVS *o*), ipseque adeo SCHNEIDEWIN *p*).

*m*) Comment. *iur. ciu.* Lib. XII. cap. 5.

*n*) Comment. ad *Inst. tit.* de Oblig. §. 2.

*o*) Lectur. *Altorph. ad tit. de Verb. Oblig.* p. 538.

*p*) ad *d. tit. Instit.* de Oblig. §. 2.

---

## CAP. IV.

## CAPVT IV.

*Criticen cautius adhibendam in iuris  
Scriptoribus quam in aliis, exemplo  
illustratum. Tentatae aliquot emen-  
datiunculae.*

Non parum exercuerunt artis nostrae peritos  
quaes Florentiae ita leguntur **IVLIANI** a) uerba:

*Si iudex circumuento in uenditione adu-  
lescenti iussit fundum restituiri, cumque pre-  
tium emtori reddere, et hic nolit hac in in-  
tegrum restitutione, poenitentia adta: ex-  
ceptionem utilem, aduersus petentem pre-  
tium, quasi ex causa iudicati, adulescens  
habere poterit: quia unicuique licet contem-  
nere haec, quae pro se introducta sunt. Nec  
queri poterit uendor, si restitutus fuerit  
in eam causam, in qua se ipse constituit,  
et quam mutare non potuisset, si minor au-  
xilium praetoris non implorasset.*

Fingit **IVLIANVS** adulescentem in fundi uenditione  
ab emtore circumuentum, puta, quod uilius uen-  
didit, restitutionis beneficium implorasse. Resti-  
tuit Praetor adiecta conditione de pretio emtori  
reddendo, quia omnis restitutio est reciproca et  
minor forte locupletior factus. Mox adulescens  
utilius ratus, pretium retinere, poenitentia adta, ut  
habet ICtus, quod frustra in poenitentia adta mu-  
tat.

a) cap. 41. **¶. de minor.**

tat CVIACIVS b), ab emtore, quasi ex iudicati causa, ad recuperandum pretium agente, conuenit. Posset emtor recte egisse uideri, quasi ius esset quae- situm ex sententia, sed rectius ICtus ait: *excepti- onem utilem*, i. e. exceptionem in factum, *aduer- sus potentem pretium*, quasi ex causa iudicati adu- lescens habere poterit addita ratione hac: *quia uni- cunque licet contempnere haec, quae pro se intro- ducta sunt*, quae confirmatur aliis locis quam plu- rimis c) et rei naturae est apprime cunfentanea. Hactenus quidem clara omnia et aperta. Sed plus difficultatis habent quae sequuntur: *nec queri poterit uendor, si restitutus fuerit in eam causam, in qua se ipse constituit, et quam mutare non potuisset, si mi- nor auxilium praetoris non implorasset*. Sententia aperta est, sed molesta uox uendor, quae mi- rum quantum interpretes torfit. ACCVRSIVS qui- dem, pro ingenii luxuria, facile nodum soluit, et uendor i. e. emtor ait, GAIO testimonium denun- cians. Uerba sunt GAI d):

*Ueteres in emtione, uenditioneque appel- lationibus promiscue utebantur.*

Sed quanquam est uetus fabula, ueteres em- toris et uendoris uocabula promiscue usurpasse, adoptata et defensa a summis ICtis, ALCIATO e),

CON-

b) ad Iuliani Digestor. Lib. XLV. in Opp. Post. T. III. p. 348.

c) cap. 2. & de Lege Commiss. cap. 1. Cod. si adu- uendir.

d) cap. 19. & de act. emt.

e) Parerg. Lib. V. cap. 15.

CONNANo f), ROBERTOg), GIPHAnIOh), tamen est fabula. Aliud enim est emtionis uenditionis, aliud eintoris et uendoris uocabula promiscue adhiberi posse. Quodsi enim a Titio domum emi, recte dici potest, uenditione ad me domum peruenisse, pretium emtione ad Titium i); absurdum autem esset me uenditorem, Titium eintorem appellare. Si autem urges, ueteres tantum has adpellationes promiscuo usu habuisse, ideoque hanc explicationem reicis, nihil impedio, imo ultiro pedibus in sententiam CVIACII k) transeo et Iani a COSTA l), quidquid contra dicat FORNERIVS m). Nec porro quidquam in contrarium ualere possunt ueterum illa loca, in quibus actio emti pro actione uenditi n), et uenditi pro actione emti o) posita feratur.

f) Comment. iur. ciu. Lib. VII. cap. 6. princ.

g) Aanimadu. Lib. I. cap. 7. sqq.

h) Antinom. iur. ciu. Disp. XXVIII. thes. 4.

i) Uid. AUERANIUM Interpr. Lib. II. cap. 2, n. 20. sqq.

k) Obseru. Lib. IX, cap. 15.

l) ad §. 3. Inst. de Loc. et Cond. ut tamen nihil opus sit correctione in cap. 20. w. de act. emt. Nam idem saepe notat id est. Uid. WIELING Lect. iur. ciu. Lib. I. cap. 10.

m) Rer. Quotid. Lib. IV. cap. 9. in OTTON. Thes. Tom. II.

n) cap. 13. §. 25. w. de act. emt. cap. un. Cod. si seruit extero se emi.

o) cap. 66. §. 2. w. de Euict. cap. 26. w. Eod.

tur. Neque utar in eo argumento omnium longe maximi ICti p) responfione, id factum esse, quoniam hae actiones solebant coniunctim nominari ex emto uendito q), potius dicam id nulla culpa, nulla que sermonis negligentia factum. Actio enim emitio, est actio emtionis causa instituta, et actio uenditi quae ex contractu uenditionis intentatur. Ubi autem emitio, ibi et uenditio, et contra, ut adeo, natura et appellatione perinde sit, siue ex emto agas, siue ex uendito. Sin ex emto, quod rem emisi agis, et quod alter emtionis conditionibus non sterterit, sin ex uendito, agis quod ille rem tibi uenderit, ad rem consequendam. Diuerso igitur respectu et pro diuersa cogitandi ratione utrumque dici potest, sine uitii nota, usus tamen alterum magis comprobauit. At uero dissimilis ratio obtinet in uendorum et emtore, et ualde aliud emtor petit, aliud uendor. Igitur ut horum quoque ratione confusione in factam esse doceant, PAVLLVM r) ex latibilis suis protrahunt, et uendorum pro emtore dixisse affirmant. Difficilis locus et perplexus CVIACIVM s) adeo, defertorem communis et antiquatae opinionis, eo adegit, ut ferro medicinam quaereret. Alia tamen omnia, et nihil innouandum esse recte sensit et docte demonstrauit Iof. AUERANIUS t), Italiae insigne decus.

Sed

p) CVIACII Obseru. Lib. III. cap. 2.

q) cap. 19. w. de hered. nel act. uend. cap. 33, w. de act. emt. uend.

r) cap. 34. pr. w. de contrab. emt.

s) Obseru. Lib. IX, cap. 15.

t) d. l. Interpr. II, 26

Sed profligata iam et reiecta hac erronea Iuli-anei loci explicacione, ad alia aliorum commenta delabimur. Apertius, sed vereor, non minus periculose, et contra omnem librorum fidem rem gerit *B. H. RINHOLD u.*, sacram iuris anchoram emittens, occupatam, inscio eo, iam a *CVIACIO w.*, *Ant. FABRO x.*, *Noordtio y.* aliisque. Sine enim ulla haesitatione *uenditoris* uocem obelo transfigit, et *emtorem*, nescio quo nouo interdicto, in posse-sionem mittit, *Marc. LYCLAMAM z.* notans, qui *rd queri* patiendi notione capiendum censet. Obscurius quidem hoc, sed melius fortasse praepostera emendatione. Quid enim prohibet dicere, *queri* positum esse pro culpari, et post *potuisset* subaudiendum esse *emtor*? An adeo est infrequens deponen-tia passiuem usurpari a Ueteribus? Exempla alii collegerunt *aa*). Attamen nutrit haec explicatio duriti-em quandam in sinu, quae animum abalienat. Alia igitur ratione vulgatam lectionem defendit *Em. MERILLIVS bb*), si, nimurum constitutas minorem *uenditorem* queri non posse, si, cum ab emtore

pre-

*u) Uarior. cap. 2.**w) Opp. Prior. Tom. I. p. 1031.**x) Rational. ad *W.* ad Cap. 41. *W.* d. t.**y) Comment. ad *W.* tit. de minor.**z) Membran. Lib. III eclog. 16.**aa) Petr. PITHOEVs in Excerpt. ex Miscellan. ap. MEERMAN. in Thes. Tom. I. p. 351. Eu. OTTO in Papin. cap. VI. §. 9. alii, quos excitat Osw. HILLIGER in Donell. Enuci. Lib. XVII, cap. ult. not. 2. ubi Lyclamam sequitur.**bb) Uariant. ex Cuiac. Libr. III. cap. 11.*

preium uelit petere, utili exceptione submoueatur. Quia cum beneficio restitutionis uti noluerit, ipse se in ea causa constituerit, ut exceptione submoueri possit: quae tamen illi non obiceretur, nisi restitutionem implorasset. Hactenus Merilius. Sed uereor ut cuiquam probetur. Binas enim species fingit, cum una tantum a Iuliano proposita sit, atque exceptionem utilem, quae uenditori datur aduersus eintorem, emtori aduersus uenditorem concedit. Non enim quaeritur, an minor, repudiato semel beneficio, denuo illo uti possit et preium petere; quod sane nulla ratione fieri potest, ne ludibrio sit auxilium a Praetore introductum: Hoc potius quaeritur, an impetrata restitutione minor possit abstinere? Enimuero non nego peruersa ratione *uenditorem* pro *emtore* positum esse, illud tantum uolo, ne statim falcem immittamus. Dicamus potius, Iulianum, in re magis, quam uerbis occupatum, exempli oblitum esse, et quem uenditorem antea finxerat iuuenem, eum iam *emtorem* fingere, fundi autem dominum *uenditorem*, quemadmodum quem initio fragmenti *iudicem* dixit, eum mox *praetorem* adpellat. Quae species figurae, ab illa proxime abest, quam rhetores *επαροδον* uocant. Non igitur aut iuris regula, aut species proposita, aut denique personae ipsae mutantur, sed earum, ut barbare loquar, attributa. Quibus uero haec interpretandi ratio durior uidetur, hi uelim secum reputent, quam saepe in pandecte nostro, nomina in primis propria, commutata et transposita sint, ceu praeclare post alios monuit *uan de WATER cc).* Quae tamen pec-

cata

*cc) Obseru. iur. Rom. Lib. I. cap. 7. cui addit BYN.  
KERSHOECK Obseru. Lib. I. cap. 22.*

C

cata omnia nolim, ut ille, libriorum socordiae adscribere, sed partem certe auctoribus ipsis tribuere. Atque huius rei causa Julianum fere strinximus, neque ut noua luce gloriaremur, sed ut uetera et proba atque quae unicuique attendenti in conspectu sita sunt, a plerisque autem praeteruisa negliguntur, denuo inculcaremus. Profecto enim, illiberalis et coeca religio occupauit omnium fere iuris interpretum, ueterum iuxta ac recentiorum, animos. Quoties enim cunque absurdi quidquam occurrit, et quod erroris aut mendi merito accusari possit, nunquam paene id imputari uideas auctoribus ipsis. Recentiores quidem ICti illico capitis reos postulant librarios et ferro ignique grassantur in scripta ueterum. Glossatores contra, et qui eorum sectam sequuntur, ad contortas explicationes deferuntur et uerborum fingunt significationes, quae nusquam in orbe fuerunt. Ita quisque multiplici ratione pecare satius ducunt, quam iuris conditores concedere fuisse homines atque potuisse errare. Recte iam olim pronunciauit BACHIVS dd): ubi error libreriorum dici non potest: id autem ferme tum accedit,

dd) *Histor. iur. Lib. I. cap. 2. Sect. 2. §. 4. not. m.* Sententia omnino uera est, sed uero ut recte sit ad illustrationem locus POMPONII uexatissimus in cap. 2. §. 4. w. de O. I. adhibitus. Ait ibi ICtus, decem constitutos esse viros, per quos peterentur leges a græcis ciuitatibus. Impetuerunt haec uerba alii, alii defendenterunt, uarii, ut sit, uarie pro ingenii diversitate, quos omnes hic excitare superuacaneum, refutare inutile duco. Optime omnium, et facillima ratione nouissime PÜTT-

MANNVS

dit, ubi ex consensu Codicum et Graecorum constat antiquam esse lectionem: sed auctoris ipsius, non emendandum, sed adnotandum esse. Sequimini hunc ducem, in quo non rarus fuit sensus communis, et corruet ingens emendationum sylva, in cuius cura oppido fertile fuit hoc nostrum faeculum. Dictum illud praesertim cupio de huiuscmodi coniecturis, quibus in ICTORUM laciniis grammatica uerborum ratio, ad Ciceronis loquendi morem inflectitur. Nihil equidein funestius noui hac licentia, qua, si docti hominis et litterati nomen adquiritur, nae parui emitur locus inter subsellia patriciorum.

## C 2 rum.

MANNVS *Probabil.* Lib. I. cap. 6, pugnam omnem sustulit. Neque enim petuntur tantum Leges a praesentibus, uerum ab absentibus quoque, dum adsciscunt iuta peregrina. Sed et alia ratione potest Pomponio subueniri. Probabile enim est, de missione legatorum in Graeciam legum petendarum causa, ut sit in re tam antiqua; inter scriptores Romanos non conuenisse, et propter rei incertum alios decem missos, alios tres tantum existimasse. Quod ne gratis dixisse uidear, ecce tibi locum SERVII ad Virg. Aen. Lib. VII. vs. 695. cui quantum menini nemo in hac causa testimonium denunciauit. Ait: *Iustos autem dicit* (Virgilius Faliscos) *quia populus Romanus missis decem uiris inde multa iura collegit, et nonnulla supplementa XII. Tabb. accipit cet.* Loquitur quidem de Faliscorum tantum legibus Seruius, sed haec parum infringunt coniecturam nostram. De deceem enim legis perhibuisse illum claret, unde Grammaticus haec mutuatus est.

rum. Nihil tamen, ita me Musae, peruersius. Potuit Cicero, potuit Liuius, Sallustius aliquie, omni sermonis elegantia instructos libellos in conspectum hominum emittere. Non potuerunt simili ratione, uiuentes alio saeculo, cum, quae ab humanitate nomen habent litterae, iam pessum irent, Scaeuola, Africanus, Ulpianus, Paullus, occupati praeterea ab ineunte adulescentia in negotiis forensibus, a quibus omnis elegantia exulat, et in republica regenda. Igitur simus benigniores in censendis eorum scriptis, nec confestim, sicariorum more,ensem agamus, quotiescumque aliquid auribus nostris fatale atque insolitum accidit. Modestam crisin non improbo, uiolentam et sanguinariam detestor in libris praeprinisi, quorum salute statque caditque salus hominum, et semper animo obuersatur cogitatio haec, in minimis si fuerimus licentiosi, mox eosdem nos fore in grauioribus.

Sed, ut tandem unde egressus sum redeam, possem adhuc in Nostro ad *āvavtawodora* prouocare, sed praefstat nihil amplius addere. Illud miror, animaduersum non esse, vix stare posse Florentinam in his: *et hic nolit hac in integrum restitutione, poenitentia acta.* In quibus fane durissimum est subaudire *uti*, quam uocem Haloandrina ceterique fere antiqui libri tam scripti, quam excusi addunt. Quodsi uero Pisanam litteram mordicus retines, posses mecum legere: *et hic nolit hanc in integrum restitutionem*, quae mutatio et modesta et uerisimilis esse uidetur. Si enim scriptum: HAC — RESTITUTIONE; quidni facile negligentia excidere potuit linea*la superscripta*, aut euangelere temporis tractu?

tractu? Tales autem litterarum superstructio*n*es in libro manu*s*cripto, quod Florentiae a*st*eruatur, reperiri testis est *autowtng TAVRELLVS ee)* et BRENCMANN *ff*). Atque ita fortasse in Institutionibus Iustini*n*ianis exaratum erat in his uerbis *gg*): *Sed quum, Cut ita dictum est ex consensu contrahentium stipulationes ualent cet.* Uidetur omnino scriptum fuisse: UTI IA, i. e. *uti iam*, id quod confirmatur auctoritate editionum, quae ante Cuiacium prodierunt. Eadem ratione in alio Institutionum loco uexato *hh*) legendum est: *procul dubio certum est, ex lege CONDICTITIA emanare*, quemadmodum alii Uiri docti iam annotarunt. Eadem ratione facile sanari potest, quam deprehendunt uulgo apud SCAEUOLAM *ii*), insolita forma, *debiti* in *debitu iri*, quomodo correctuu*m* iam deprehenditur in Gebaueriana; nec minus apud PAULVM *kk*) illud *restituiri*, si geminando legas: *restituti T Uiri i. e. restitutum iri*.

*ee) in Praef. Pandect.*

*ff) in Histor. Pandect. P. II. cap. 3. p. 123. Addatur GRUPEN de Uirg. Florent. Cor. 4. p. 65. SCHWARTZ Diff. ad uar. uett. ICtor. fragm. p. 27.*

*gg) §. 13. Inst. de inutil. stipul.*

*hh) §. 24. Inst. de act.*

*ii) cap. 38. w. de reb. cred.*

*kk) cap. 52. §. fin. w. de pecul. Vid. tamen DUKER de Latin. ICtoz. p. 346. et Ant. AUGUSTINUS Emend. II, 2.*

## CAPVT V.

*Pωμαῖκα Μαγιστρού quid?*

Prolixam apud posteros merito suo inierunt gratiam commendatione inque superiorum temporum Iurisconsulti, fama super aethera noti, Uiglīi, Cuiacii, Leunclauii, protrahendis in lucem prudentum graecitatis mediae scriptis. Quae cum apud animum repeto et contemplor, saepe subit mirari, qui fiat, ut, cum illorum innixi humeris multo magis excultam habeamus iuris Romani faciem, tamen, confidentia nescio qua abrepti, relicitis eorum uestigiis solo ingenio famam quaeramus, labori concedamus, et, inuentis contenti, ne iis quidem ut par est utamur. Multa adhuc, e Graecorum praecipue Ictorum scriniis deprointa latent passim et claustris intuidiose seruantur litterarum monumenta, quibus et uetus Iurisprudentia ornari a) et

- a) Non denunciabo iis, quae superioribus saeculis in lucem publicam protracta fuerunt, testimonium: ignorent illa, qui non ultra ferulam sauerunt, uel adeant IENSUM in libror. Basili cor, ulteriori notitia s. XV. praemissa EI. Stri Etur. Uidimus hoc nostro acuo quatuor Bassor auxay libros et Commentar. in tit. de postul. ac de Procurat. et Defensor. opera Meermannii, qui uel hoc solo nomine immortalitatem meruit, e latebris suis prodire. Non instituam de corum utili-

et media lucem procul dubio foenerari posset, si nobis praefecto esset illa maiorum nostrorum improba sedulitas, illud omnia peruestigandi scrutandique acre studium, ille denique igneus ardor protrahendi disseminandique quidquid publica iuuare possit commoda. Habemus quidem ingenti utilitate, quam is demum ignorat aut spernit, cui nil nisi formulas forenses crepare soleme est, habemus Theophilum, habemus Basilica, Harmenopulum aliosque Constantopolitanae scholae et aulae prudentes, sed latent adhuc plurimi in bibliothecis Germaniae, Angliae, Hispaniae, Italiae, Galliae in primis, quae nuper ingenti ausu, tripludiante genere humano, ringentibus ad seruitium natis tenebrionibus, in libertatem asserta, mox quoque litteras habebit et habet iam liberas, ut nemini posthac accidat, quod accedit MEERMANNO b). Hi libri, cum blattis et tineis collectantes, ut tandem aliquando inspiciantur et edantur, litterarum causa optabile est. Inter hos libros, deperditos an latitantes? est quoque qui Παραίνει τον Μαγιστρον vocatur. Titulum seruavit HARMENOPULUS c), qui in recensu librorum asemet in compilatione Compendii exhibitorum, inter alia ait:

C 4

μερ.

utilitate longos commentarios, id tantum uerbo moneam, extare ibi PAULLI locum in των frustra quaesitum et longe integrius cap. i. C. de error. aduoc. Vid. RAHNKEN in Praef. ad Comment. in tit. de postul. Tom. III. Thes. Meerm.

b) Praef. ad animadu. in Caii Instit. Thes. Tom. VII.

c) in τροχειοω των γομων Praef. §. 20.

μερόν εἴσι καὶ τὰ Παραίκα του Μαγιστρου λεγομένα.

*Magister* hic memoratus uidetur *Dion.* *GOTHOFREDO* fuisse *Cosmas* officiorum *magister* sub *Romanus* Seniore Imp. quem προχειρον reliquissit ait, et ideo diuersum facit ab auctore Παραίκαν, legens: καὶ τα Παραίκα, καὶ τα του Μαγιστρου λεγομένα. Sed quae firmandae huius coniecturae causa adfert, si ad probabilitatis leges expenduntur, pretium non faciunt. Alia coniectura est communis praceptoris nostri, magni *CUIACII*, *Magistrum Patricium* quendam exsculpentis, alia adhuc *FABRICII*, *Eustathium Magistrum* existimantis. At *O. G. REITZIUS d)*, qui haec commenta refert, *Magistri* nomen non fuisse putat honoris titulum, sed familiae. Singularis denique est opinio *Io. Dan. RITTERI e)* statuentis, ipsa τα Παραίκα propter praestantiam atque auctoritatem uenisse *Magistri* i. e. Iuris Interpretis nomine, quae uero quomodo cum graeco textu conueniant, fateor me nescire. Quod ad librum ipsum Παραίκαν attinet, eum quidem a *Romanu* ICto appellatum pronunciat. Si in re adeo obscura, per se quoque, quod non inficior, haud adeo magni momenti, coniecturis indulgere liceat, putem *Magistri* uoce non indigitari familiae nomen, uix enim eiusmodi alias reperiatur, sed per excel-

d) in *Indice nom. propr. Harmen, adiecto u. Magistri,*

e) ad *Nouell. Theodos. tit. 1. not. (n) Tom. VI, P. II. Cod. Theod. edit. nouiss.*

excellentiam haesisse hunc titulum ICtō cuidam, qui magisterii officio functus fuerit, cuiusque postea nomen familiare temporis iniuria interciderit. Constat enim, Magistri uoce simpliciter et absolute posita intelligi debere των Βασιλικῶν ὁφφικῶν, sacrorum officiorum seu Palatii.<sup>f)</sup> Neque autem insolens est haec ueri nominis iactura, in primis isto saeculo, quam multis possimus exemplis illustrare si opus esset, uno nunc contenti *Magistri Laborantis*, qui saeculo duodecimo scriptis clarus, propter laboris patientiam hoc nomine condecoratus est. Igitur hoc uolo, ICtum quendam, cuius verum nomen deperit, quique propter functionem munericis *Magister* absolute uocatus sit, scripsisse Ρωμαῖα, seu Βιβλιον Ρωμαῖαν, (haec enim eiusdem farinae uidentur) hoc est, ut ego quidem capio, additiones, obseruationes et interpretationes ex antiquis ICtis Romanis, quorum libri tum adhuc supererant, quasque usui fortasse destinauerat iudicium et studiosorum in explicandis Βασιλικῶν scriptis, quibus tum temporis maxime utebantur. Hunc autem librum latine scriptum fuisse ex titulo olim iudicabat SALMASIUS, in qua opinione et ipse fui, cum obseruarem ῥωμαῖου hoc tempore saepe dici, quod latino sermone constat, unde et Ρωμαιοὺς dicebantur Graeculi homines, qui in pompa et ceremonia publica, ueluti

C 5

coro-

*f)* Uid. ut in uulgu notos praeteream, GUTHERIUM, GOTHOFREDUM, et PANCIROLUM, Io. Iac. REISKE animadu. ad Constantini Ceremon. aul. Constantinopol. p. 21.

coronatione Imperatoris et Augustae, inque eorum nuptiis, aut quando puer porphyrogenitus natus erat, formulas et uerba latina praeibant g). Iam uero magis placet graece scriptum fuisse, quoniam latini sermonis nullus fere usus supererat, nulliusque libri hac lingua isto tempore et loco scripti memoria extat.

g) REISKE I. I. pag. 26.

## CAP. VI

## CAPVT VI.

### *Exponitur elegans Tryphonini ICTi Responsum.*

Memoriae perscripsit COLUMELLA, adeo prolis studiosos fuisse ueteres, ut in more positum esset, ancillis, quae treis liberos peperissent, uacationem, quae plures, libertatem concedere. Cuius antiquissimi moris nec ICTOS nostros oblitos esse, recte obseruauit *Ant. Dadin. ALTESERRA a)*; mitto alios. Ita enim TRYPHONINUS *Lib. X. Disputationum* perhibet *b)*:

*Arescusa, si tres pepererit, libera esse testamento iussa, primo partu unum, secundo tres peperit: quae situm est: an et quis eorum liber esset: haec conditio libertati adposita iam implenda mulieri est: sed non dubitari debet, quin ultimus liber nascatur, nec enim natura permisit, simul uno impetu duos infantes de utero matris excedere; ut ordine incerto nascentium non appareat, uter in seruitute, libertateue nascatur. Incipiente igitur partu existens conditio efficit, ut ex libera edatur quod postea nascitur. Veluti si quaelibet alia conditio libertati mulieris adposita parturiente ea existat: uel manumissa sub hac condi-*

*a) Recitat. ad Tryphonini locum mox indicandum,*

*b) cap. 15. 2. de statu hom.*

conditione, si decem millia heredi Titioue dederit, eo momento, quo parit, per aliun impleuerit conditionem, iam libera peperisse censenda est.

Non disputabo hic diffusius cum Anton. FABRO *c)*, qui totum hunc locum pessime corruptum a Triboniano, et ita deturpatum more suo pronunciat, ut nihil a ratione magis alienum sit. Contortas ratiunculas, quibus ad stabiliendam hanc sententiam abutitur, dudum alii exagitarunt atque castigarunt, inter quos unum nominasse UTRIC. HUBERUM *d)* sufficiat. Nec illud repetam, imone eculo quidem, quod ad illistrandam, dicam, an ad obfuscandam Tryphonini philosophiam ex medicis antiquis et sophis in medium protulit GUIL. DOUAIATIUS *e)* ICtus Gallus. Breuiter percurram locum a quibusdam aliis iniuria, ut uidetur, diuexatum.

Ait TRYPHONINUS: *Are scusa si tres pepererit.* Recte ita legitur; nam quod uulgo in antiquis exemplaribus hic *Arethusa* nomen exhibetur, id iniquo loco fit. Est enim hoc fabulare poetarum nomen, illud autem uulgi et Romanis sat cognitum, ceu late *Confl. LANDUS f)* demon-

*c) Coniect. Lib. XX. cap. 1. et in Ration. ad *var.* b. t.*

*d) Eunom. Rom. ad Lib. 1. *var.* pag. 51. sq.*

*e) Enarrat. in Responsa ICtor. natural. Resp. IX. in Triga tibellor. rariss. quae c. Praef. GUND. LINGII prodit Hal. 1727. 4.*

*f) in Enarrat. tit. *var.* de stat. hom. in Ev. OTTON. Thes. T. III. p. 1400.*

monstravit. Non tamen constans ubique est lec-  
cio libri Pisani, qui alibi *Arethusam* prodit g).

Ait porro: *quaesitum est* cet. Mirum uideri possit, quae fuerit querendi causa, cum res haud anceps uideatur. Sed cauillari poterat dominus, ancillam retinere cupiens, et conditionem libertati adiectam interpretari, quasi tum demum libera esset, si uno impetu et momento tres peperis-  
set. Quid autem ad haec ICtus?

Ait: *Haec conditio libertati adposita iam impleta mulieri est.* Itane uero, Tryphonine, tibi ipsi aduersaris, quando mox in libertatem adseris ancillae filium natu quartum, quod, qui facere potuisses, nisi et ipsam matrem liberam et adimplesse conditionem putasses, non video? Praeterea illud caue, ne ἐτερόδοξας postuleris, cum fugere te haud possit, quantus sit in iure li-  
bertatis fauor. His aliisque fortasse rationibus in-  
ductus, sensit nuper ulcus Vir litteratissimus, quem non sine acerbo bonaे Themidis damno musis nostris paene ualedixisse dolemus, *Io. Bernh.* KOEHLER h), et paulo fortiori usus medicina, ita eidem opitulatus est: *Quaesitum est, an, et quis eorum liber esset.* Et haec conditio libertati adposita iam impleta mulieri est, et adstipu-  
latorem inuenit doctissimum ICtum SCHOTTUM i).

Ipse

g) u. gr. cap. 1. *W.* de Oper. Seruor. cap. 3. §. 16. *W.*  
de Statu liber. Uid. Ant. AUGUSTIN. de Nom.  
propri. του παρδ. cap. VI. ap. OTTON. Thes.  
T. I. p. 469.

b) Uerisimil. iur. ciu. Spec. I. cap. I.

i) in der Unp. Krit. T. IV. pag. 468. sq.

Ipse aliquando tentauit: *Et haec conditio libertati adposita, an implenda mulieri est?* quaerentis uerba faciens: nec, fateor, eius conjecturae me admnodum poenituit, cum uiderem eam bene cohaerere cum responsione quae mox sequitur. Sed non insisto. Nam idem sensus proueniet, si ita mutata interpunctione, communem lectionem retineas, ut iam referatur ad tempus secundi partus, atque quaeſitum tantum fuerit, an ultimus liber nascatur; quod uerius puto. Illud ualde miror, Virum doctum tantopere miratum esse, hoc, ut ait, mendum librariorum manifestum tot latuisse interpretes. Nam si uel Dion. GOTHOFREDI ad h. l. notata legisset, CORASIUM k) uidisset ante ducentos amplius annos in eadem sententia stetisse. Restituit: *Nam cond. lib. adposta iam impleta mulieri est.* Profecto non inepte. Quin uox impleta in ipso contextu reperitur editionis, quam curauit Baudoza Lugdun. 1593 forma quadrata, sed unde habeat, utrum ex ante-editis libris, an ex manu scriptis, an denique ex coniectura, eorum omnium nihil nos admonuit. In nostris certe antiquis constanter Florentina exhibetur, quae quoque custodiri potest, non tantum, eo, quo dixi, modo, sed et ut Ulpiani respondentis sint uerba. Nam antiquorum exemplis quam plurimis defendi potest, *implenda* pro *impleta* dictum esse. Quotus enim quisque est, quin sciat, saepiuscule in participiorum usu promiscue Jurisconsultos, sequioris in primis aeui, uersatos esse. Quorum si interius nosse cupis hac in re aberrations, ad Petr.

PITHOE.

k) ad tit. *W. de statu hom. in Opp. T. I.*

PITHOEUM l), *Jac. VOORDA m)*, et *Guil. PAUW n)* te remitto, qui ultimus animaduertit, similiter praeteriti temporis participium pro futuro positum esse in hilce ULPIANI o), quae interpretum acrimoniam egregie exercuerunt:

*Jussum eius, qui in potestate habet, non est simile tutoris auctoritati, quae interpolatur perfecto negotio.*

Explicat Ille perficiendo, et sequor utroque pede. Aliter tamen censet PÜTTMANNUS p) V. Cl. propensior in Franc. Rygerbos interpretationem, qua, praesentem quidem in ipso negotio esse debere tutorem statuit, ut auctor fieri possit, non tamen in negotii initio, nec inter gerendum, sed perfecto demum negotio, uel saltem dum negotium perficitur. Ego uero quoquis pignore contendam, hac expositione nihil aliud contineri, quam quod Pauw dixit. Quid enim illud: *uel saltem dum negotium perficitur, ita, ut iam ultima quasi manus ei a tute admoueat*, quid, inquam, sibi uult nisi hoc: ex proprietate quidem sermonis, perfectum nondum dici posse negotium, intelligi autem ita debere ex scribentis ingenio.

l) Excerpt. ex Aduers. in MEERMANNI Thes. Tom. I.

m) Interpret. et Emendat. cap. XXXII.

n) *Uar. iur. ciu. cap. VII.* quibus iunge ex esoteris praeter alias Io. Fr. GRONOU, ad LIV. Lib. XXXI, cap. 7. et CORTE ad SALLUST. Bell. Catil. cap. 24.

o) cap. 25. §. 4. *w. de A. uel O. H.*

p) Probab. iur. ciu. cap. XXI. p. 148.

genio. Perfecto negotio ideo tutor prohibetur auctoritatem interponere, quia legumlatores praeviderunt, saepissime fore ut negligentes tutores fiscordia et laboris fuga adducti eam in detrimentum pupilli ex postfacto adiicerent, quo ambages uitarent, quae oriri solent, quando perfectum negotium interueruntur.

Sane haud infructuosum foret, si quis omnia ea loca colligeret, in quibus a consueta temporum collocatione abierunt ueteres Consulti, nec ea omitteret, in quibus tale quid frustra odorati sunt praestantes uiri nostri superiorisque aeui. Utriusque dabo exemplum. Scribit ULPIANUS q):

*Nepotes ex filio, mortuo auo, recidere solent in filii potestate, hoc est, patris sui: simili modo et pronepotes et deinceps vel in filii potestate, si uiuit, et in familia mansit: uel in eius parentis, qui ante eos in potestate est.*

Quis non uidet, praesens tempus pro perfecto positum esse. Contra perfectum pro praesenti occurrat apud eundem ICTUM r):

*Inauditum filium pater occidere non potest, sed accusare eum apud Praefectum, Praesidemue prouinciae debet.*

*Inauditum vulgo accipiunt filium, cuius defensio non est audita. Ita CUIACIUS s), Jo. SOLORZANUS*

q) cap. 5. *W.* de his qui sui uel alien. iur.

r) cap. 2. *ad L. Corn.* de Sicar.

s) *Oksoru. Lib. VI. cap. 17.*

nus t), et plerique alii, nam glossae inaudita et lepidissima deliria nihil attinet referre. Sed potius est, *inauditum accipere pro eo*, qui patrem non audiit, filio, pro inobediente et contumace, et aduentendum schema *diaevoles* quod *τατεινωγι* Rethores uocant. Inauditum enim adpellat Ulpianus filium, qui cum nouerca amores furtiuos coluit. Rem tetigit *Eduard. CALDERA u)* et auctoritate Graecorum firmsuit, non tamen ita est extra aleam posita, ut non possit in utramque partem disputari.

Plura non addam. Exspectamus enim a Uiro harum rerum peritissimo, qui olim sperare nos iussit de figurata ICtorum dictione commentarios, qui, ut tandem claustra relinquant, bonarum literum causa optabile est. Caeterum, ut ad Tryphoninum reuertar, quid senserit *THOMASIU*s w) non satis perspicio. Exponit ille ICtum hoc modo: *Quae situm est an et quis eorum trium liber effet? Uidetur dicendum quod neuter, nam ante partum secundum nondum libera, sed potius haec conditio libertati a deposita iam adhuc implenda mulieri est, in ipso partu vero omnes tres simul et uno quasi momento eduntur, ita ut partu secundo absoluto demum eam libertatem consequi dicendum sit.* Haec Ille.

Ait:

z) *de parricid. crim. Lib. II. cap. 8. in OTTON.*  
*Thef. Tom V.*

u) *Var. Lect. Lib. I. cap. 3. in MEERM. Thef. T. III.*

w) *de priorit. et posteriorit. temp. dubia atque incerta*  
*cap. 2. §. 59. in Diff. iur. uar. arg. Lipsiensib.*

D

Ait: *nec enim natura permisit* cet. Nota censoria dignus hic est *Alphons. a. CARANZA x)*, qui nimis confidenter Tryphoninum in re ipsa errasse contendit. Posse enim gemellos, imo tergeminos, uno eodemque momento edi, id uero negare absurdum esse. Non referrem haec puerilis ignorantiae probra, nisi *PAULLUM y)* in societatem adsciuisset, qui, *non enim*, ait, *ter peperisse, sed semel partum fudisse videtur, nisi forte per interualla pariat.* Sed recte omnino Tryphoninus affirmat, non posse *εν μικρα και τη αυτη γεων*, ut habet *ATHANASIUS z)* Scholiaстes, plures simul uterum matris relinquere, quanquam possunt plures uno partu, sed successione temporis excludi. Hoc neque Paullus negat, qui enim posset? nec de ea re quidquam commemorat, aut a Nostro dissidet. Species, quam ille proponit, talis est, et uehementer diuersa: Titia uno partu i. e. *semel* tres edit filios, non *simul*, sed post breve tempus, ut u.c. una hora primum, altera secundum, tertia tertium fundat filium, ut adeo de ordine satis constet, quo nati sunt. Titiam, quoniam semel partum fudisse uidetur, beneficio SCti Tertulliani non uti, Paullus respondet, aliud autem obtinere in Sempronia, quae forte primo mense unum, post quarto alterum, alio tertium enixa est, ex superfoetatione, quam statuisse ex antiquis quosdam, et *PAULLUM aa)* ipsum, probabile est. Cuius descri-

x) *de partu natur. et legit. cap. XVIII, §. 29.*

y) *Rec. Sentent. Lib. IV. tit. 9. §. 2.*

z) *ad EUSTATHIUM περιχρονικων διαστηματων c. I.*

aa) *cap. 3. π. si pars hered. pet.*

discriminis quae causa sit, non additur, nec a me  
dabitur, qui sciam non omnium quae a Ictis tra-  
dita sunt rationem reddi posse. In lege Papia  
Poppaea contra indubitati iuris est, semel, an per  
interstitia parturierit mulier, nihil interesse *bb*). —  
Caeterum frustra Tryphonini uerba uellicat *Cunr.*  
*RITTERSHUS.* *cc*) pro *excedere* substituens *excide-*  
*re*. Nam utruinque recte dici posse, non eget  
longa demonstratione.

Ait: *incipiente igitur partu* cet. Id est:  
Conditio quae iam existit et impleta est nato se-  
cundo, efficit, incipiente partu tertii, ut ex libera  
edatur quod *postea* h. e. post secundum nascitur.  
Quam explanationem non addidisseim, uerba enim  
sunt manifesta, nisi uidisseim *Ant. FABRUM* in iis  
tricatum esse, et *partum* accepisse non de partu  
tertii, sed de partu omnium trium, indeque col-  
legisse, non tertium tantum liberum nasci, sed  
uniuersos tres. Quam opinionem praeposteram  
dum firmare studet, formulam: *si tres pepererit*,  
sub qua mulier libera iussa erit, tacite conuertit in  
hanc: *si tres pariet*. In qua re omnino discri-  
men obseruatur. In illa enim specie testator he-  
redi prospicere uoluisse censendus est, ut in locum  
ancillae saltim aliquot uernas nanciscatur; in hac  
contra dicendum est. Quodsi enim testator  
scripserit: *Arethusa si tres pariet*, et de trige-  
minis locutus uideri potest, et conditio existit  
quam priuum dolores mulier sentit, adimpletur  
autem natu tertio, ita, ut propter existentem con-  
ditio-

D 2

ditio-

*bb) cap. 137. w. de Verb. signif.**cc) Ad PHAEDRI Fab. III, 15.*

ditionem non ultimus tantum, sed omnes liberi nati uideantur.

Ait: *ueluti si quaelibet alia*, cet. Ampliatur praecedens definitio uariis exemplis, in quorum uerbis parum placet *Franc. HOTMANO dd)* uox *parturiente*, in cuius locum satis liberaliter nobis *pariente* obtrudit. Sed nihil causae est, cur antiquam lectionem confodiamus. Parturire enim est in pariendo laborare et aptum. Quando enim in eo mulier uerfatur ut dolores fentiat, conditio existit et partu edito impletur. Adeo autem uerum est quod *Ictus* ait, ut etiam libera sit, si per heredem steterit quo minus pepererit, puta quod ei medicamentum dedit, ne conciperet *ee*).

*dd) Obstern. Lib. V, cap. 69.*

*ee) cap. 3. §. 16. w. de Statu lib.*

---

## CAP. VII.

## CAPVT VII.

*De Ottonis et Contii Editione Institutionum. Laus Haloandri.*

Celebratur passim et miris laudibus a viris etiam doctis effertur labos, quem in Institutionibus Justinianeis consumxit diligentissimus et de re litteraria bene meritus Germaniae in Batauis ICTus, *Euer. OTTO.* Quas laudes si quis Commentario, quem in eas insigni iuuentutis commodo conscripsit, detrahere uelit, inuidentiae reus quominus ille dicatur, nec ipse intercederemus. Ex limpidis enim iuris antiqui fontibus deductus, ordine luculento cedit nulli, plerisque adeo in eo praefat, quod ad optimos recentiorum scriptorum diligenter ablegantur iuuenes his studiis nondum imbuti, ideoque eum post Balduini et a Costa operam in primis commendare soleo legitimae scientiae studiosis. De notis autem, quas criticas appellavit, si dicam eas nec studium, nec illam redolere diligentiam, cuius laude auctor in primis floruit, dicam quod res est. Non commemorabo, eum optimam Cuiacii editionem aut ignorasse, aut non fecutum esse, et textum dedisse mendis uarie inquinatum; exprobratum ipse id dudum ab aliis, a KOEHLERO a) praesertim V. D. Illud praefat ostendere eum promissis non fletisse, cum uarias *Contiani* exemplaris lectiones se daturum reciperet. Quia in re non fert animus lectorum recensu

D 3

omni-

a) in Praef. edit. Instit. a se curatae Goett. 1772, 8.

omnium omnino lectionum, quas ille omisit,  
 quarumque pro spe maior extitit numerus, onera-  
 re, pleraque enim eius sunt momenti; ut neque  
 sensum adiuuent, neque orationem illustrent;  
 praeteribo adeo quas ex scriptis libris in adnota-  
 tiones suas concessit Contius, optimae saepen-  
 umero frugis, et quas passim memorare operae  
 pretium fecisset Noster. Paucas dabo easque in-  
 signiores ex primo tantum libro, quo sua scriptis  
 constet fides, secutus editionem quae octonis pro-  
 diit *Parisii apud Guil. Desboys et Sebastianum*  
*Niuellium MDLX.*

Jam uero initio statim in Inscriptione post uo-  
 cem *Prooemium* desunt apud Ottонem uerba: *De*  
*confirmatione Institutionum*, quae seruat Contius  
 et firmat auctoritate *THEOPHILI*, qui uertit:  
*Διατάξις Βεβαιώσα τα Ινστιτούτα.* CUIA-  
 CIUM omisisse constat, — Sequitur deinde so-  
 lemnis inuocatio nominis diuini, ad quam tot fu-  
 tilia et inania uulgo dicuntur, quamque perperam  
 ab Haloandro omissem ait Otto, cum reperiatur in  
 MSS. Contii et Charondae. Sed unde haec habeat,  
 fateor me nescire. Certe enim de Contio fabula  
 narratur, apud quem eius rei nulla nec uola nec  
 uestigium. Nihil ille in notis subiectis monuit,  
 secutus Haloandrum, quem, quod mireris, pleris-  
 que in locis tenaciter sequitur, quidquid iniuriosus  
 in hunc Uirum, immortaliter de Jurisprudentia  
 nostra meritum, quauis oblata occasione inuehat-  
 tur. Neque enim, quod mihi ueluti in transcur-  
 su dicere liceat, admodum probo communem fere

ICto-

ICtorum nostrorum fententiam b), qui ubiuis fidem Haloandri fugillare conantur, et plurima eum nimis audacter ex ingenio passim mutasse, detraxisse, addidisse clamitant, ut iam nulla ratione dignoscere possimus, quae ipsi, quae uero antiquis, si forte quos adhibuit, debeantur. Quae quidem si uera essent, et fides ipsius adeo uacilaret, non in Pandectis solum et Institutionibus opera eius inutiliter consumta fuisset, sed in Codice quoque et Nouellis fraudem admissam suscipiari deberemus, ut adeo non exiguum tantum, quod illi tamen uolunt, sed, propter incerti metum, nullam plane lectionum quas profert, siue utilitatem, siue usum statuere deberemus. Sed salua res est, et alia omnia nobis sedent, quid? per genium artis criticae! sedere debent, quos cunque non piget cum Haloandro conferre uetus exemplaria, in primis qualia non ita longe post inuentam diuinitus artem typographicam Saeculo XV lucem adspexerunt, quorumque, quod merito dolemus, nemo adhuc recensum iustum instituit,

D 4

pauci

b) Uerba sunt *Io. Cour. RÜCKERI* in *Praef. Obseru.*  
*et Interpr. p. 4.* Add. *MENAGIUS* in *Amoen. iur.*  
*ciu. cap. VII.* et concinunt non uno loco *Ant.*  
*AUGUSTINUS* et *BRENNMANNUS*. Praetereo alias  
 innumerous. Contigit enim quod solet, ut ex  
 paruo aceruo ingens fieret mons, et ex una  
 cauillatione mille fererentur criminationes. Et  
 utinam hac mea defensione, quam bona fide et  
 post improbam inquisitionem paravi, fama restitu-  
 eretur integerrimo Uiro, et iniqua iudicia  
 obmutescerent, quae quotidie auditoria ICtorum  
 personant.

pauci adeo meminerunt. In his uero, si quis periculum facere uelit, inueniet ille longe maximam partem etiam grauissimarum uariantium Haloandrinarum in uno alteroue illorum reperiri, indeque coniecturam faciet caeteras quoque, non ex ingenio, sed ex manuscriptis libris de promtas esse. Ipse haec non semel professus est, et ex antiquis exemplaribus omnem sui laboris dependere auctoritatem ingenue dixit c), et cum uitae adeo, quod constat, periculo scriptos libros inquisivit. Ideo eum recte extulit magnus Germaniae praceptor MELANCHTHON d). Et debemus hanc fidem integritati optimi hominis, qui nihil commisit cur fecus sentiamus. Sed nos, ingrata posteritas, famam perdere ex rumore, quam seruare propria industria contenti, iustitiam ore ferimus et inique memoriam tanti uiri dilaceramus, noua studia, parua uel nulla accusatione instructa coeci ad sidera iactamus e), uetera et proba pedibus conculcavimus.

Absli-

c) in *Praef. ad Institutiones.*

d) Uid. Strobel's *Beyträge zur Litteratur*, B. 2.  
St. 1. p. 121. sqq.

e) Exemplum dabo, quod supprimere forte debuissem, si laudi et famae magis, quam ueritati consulerem vouluisse. Prodiit nuper praeter exspectationem noua corporis iuris Rom. editio diligenter uiri doctissimi, sed his forte studiis non satis adsueti, typis caetera nitide excusa. Hoc an in causa fuerit, quod inuidendis laudibus in omnibus paene commentariis de re litteraria elata sit, non dispuo, sed hoc scio uitiis abundare nec quod promissum continere. Promisentur enim

Abstineamus hanc proteruiam liberalibus ingenii  
indignam, et quod uolebam, consecutum me mihi  
esse gratulabor. Libentes enim lugentesque et  
feruente indignatione animo haec iusta persoluimus  
memoriae Haloandri misere disceptae, iamque in  
uiam reuertimur.

Loco vulgaris et Cuiacianae lectionis Continuitatibus  
mox ab initio concinnius multo habet: et *Principes Romanus* non solum in hostilibus praeliis  
victor existens, sed etiam per legitimos tramites  
calumniantium iniquitates expellens, fiat tam caet.  
et expellens quoque erat in Codice Doruitiano  
f). — In uerbis §. 3. digni tanto honore, tan-  
taque reperti felicitate, iam NERIUS g) notauit

D 5                    quos-

enim praecipuae *Lectiones* *Haloandrinae*, sed in plurimis locis silentio premuntur. Euolve modo u. gr. cap. 8. pr. de acceptil. cap. 14. §. 6. quod met, caus. c. 8. §. 1. de poen. c. 189. de *V.S.* c. ult. de usuf. leg. c. 45. §. 9. de iure fisci c. 6. de manum. uind. c. 11. pr. de captiu. et postlim. reu. c. 15. de compens. c. 23. §. 2. de *A.R.D.* c. 6. in f. quemadm. seru. am. c. 36. §. 2. de testam. mil. c. 13. §. 2. ad *L.Corn.* de fals. aliaque loca, et inuenies me uerum dixisse. Sic porto graeca *Modestini Lib.* 26. *¶*. exhibentur, supprimuntur *Lib.* 27. forte quod longiora erant. Sed calamo finem imperare iuuat, neque enim haec scripsimus, quo Uiro alias egregie merito turbas excitaremus.

f) ap. G. O. Reizium in *Miscell. Obs. Crit. nou.*  
Tom. V. p. 332.

g) *Analector. Lib. I. cap. 21.* in OTTON. *Thes. T. II.*

quosdam suspicatos fuisse *referti* propter Theophilum. At Contius cum aliis nonnullis expresse habet *repleti*, quod non alienum uidetur a genio Tribonianii huiusque temporis. Sed potest vulgaris defendi, si *reperti* coniungas cum uoce *digni*. Neque enim uera uidetur Nerii sententia, uerbum *reperti* ενεγρως usurpatum esse. Nec quidquam eum iuuare potest locus PAULLI DIACONI, in quo coniungenda sunt verba *nil reperti*. Caeterum THEOPHILI uersio, uel potius paraphrasis h. l. neque illius, neque nostram expositionem firmat, aut subuertit. — Libro primo longa praemittitur Inscriptio, cuius nullam Otto mentionem fecit. — Tit. II. §. I. Contiana legit: *Ius autem ciuale uel gentium ita diuiditur quod omnes populi, eaet.* Concinnius et hoc Cuiaciana et Haloandrina. Priora uerba ex suis quoque ita notauit Reitzius. Idem Contius notat, in MSS. legi *vel gentium*, scil. omisssis: *ita diuiditur.* — Tit. III. §. 5. Contius: *in liberis autem multae.* Optime! omisssis scil. uoculis abundantibus: *differentiae sunt.* — Tit. V. pr. Contius: *Manumissio autem est de manu missio, id est, datio libertatis.* Rectissime. Praedam enim ex UPLIANO h) cepit Imperator, et ex multis exemplis constat, quan-topere ICTI ueteres etymologicas eiusmodi definitiones amauerint. — Tit. VI. §. 1. Contius: *Licet tamen domino.* Verissime rursus, et firmat Theophilus, apud quem: *Αυτος δε ο ταυτα κελευσας.* Improbat tamen Reitzius, quod sic sexcenties loca ueterum follicitanda forent. Sed leue hoc

b) cap. 4. w. de I. et I.

hoc est argumentum si MSS. addicunt. — *Tit.*  
*VIII. §. 1.* Contius: *Id domino adquiri.* —  
*Tit. XII. pr. sub fin.* Otto inuehitur in Marci-  
 lium, cum tamen ipse plus quam in reticentiae  
 crimen inciderit. Quod enim ait uerba: *per*  
*emancipationem non legi in Contianis, apertissime*  
*falsum est.* Neque enim non leguntur tantum ibi,  
 uerum et Contius ne uerbo quidem monuit, ea ab  
 ullo MS. abesse. Reclius tamen omnino abesse  
 uidentur. — Mox *§. 4.* idem Contius exhibit  
 uerba hoc modo: *uel si Senator extiterit, uel si*  
*Consul factus fuerit.* — Non minus falsus,  
 quam ante, est Otto, quando *Tit. XXIV. §. 1.*  
 dicit omnes Contii et Charondae legere: *poteſt*  
*unus offerre satis de indemnitate.* De Contio  
 certe adſfirmare poſſumus apud eum extare *satisfactionem*  
*loco: satis.* Et incuriosius notam Contii,  
 quae ad ſequentia pertinet, luc traxit.

Sed ſufficient haec ad declarandum, quanta  
 desidia et negligentia uersatus fuerit Otto in uno  
 Contio, de Charonda enim inquirere non uacauit.  
 Neque tamen quis putet, nos plura dare non po-  
 tuifle, et insultare mortuo leoni, aut praetextum  
 tantum cauillandi, a quo uitio longiſſime abſumus,  
 quaefiſſe. Ex uno enim et primo Institutionum  
 libro plus bis centum quinquaginta lectiones nota-  
 uimus, quarum fruſtra ab Ottone mentionem ex-  
 ſpectaueris. Cuius quidem fidem, cum unice ſe-  
 cutus fuerit Gebauerus in adornanda editione Corp.  
 iur. cuius alteram partem, fama citius, quam euentus  
 praeflit, facile eft ad intelligendum, quam ipſe ſaepē  
 deceptus, alios una deceperit.

---

### CAP. VIII.

## CAPVT VIII.

*Licitani an usquam fuerint? Illustratus ex marmoribus Paulus in cap. VIII. pr. & de Cens. et Ulpianus in cap. ult. §. 1. & de Senat.*

Dignus est cui opera impendatur PAULUS  
ICTUS, cuius haec sunt:

„In Lysitania Pacense sed et Emerenses iuris Italici sunt. Idem ius Valentini et Licitani habent.“ a)

Scilicet *Licitanorum* nemo veterum meminisse dicitur, unde uix est credibile quot diuertia fecerint Interpretes. Aliis enim *Ilicitani*, siue *Hillicitani*, ab Illice quae est Hispaniae urbs, hodie Alacante, placent, quorum in numero nuper fuit Jo. Theoph. HEINECCIUS b), aliis *Acitani*, qui plausu caruerunt. Plane autem inepte Rehdigeranus Cod. quo olim usus est GEBAUERUS, *Lesitanos* offert, quod manasse uidetur ex scriptura aliquot aliorum librorum MSS. et impressorum antiquorum c), qui mox *Lisitanos* mox *Lusitanos* exhibent. Quidam, quo enim non penetrat Criticorum curiositas? praeferunt *Lacetanos*, quidam *Lucitanos*, nonnulli *Lucentinos*, quos fere omnes

a) Cap. 8. pr. & de Cens. ubi consule BRENCMAN.

b) in Opusc. postum. p. 669.

c) v. c. Digestum nouum de Tortis a. 1491. et alterum a. 1494.

omnes recenset prodigiosae lectionis et acerrimi ingenii auctor *Corn. van BYNKERSHOECK d)*, defendens ipse *Lucitanos*, quoniam, ut ait, ex vestigiis Florentini Codicis id erui possit. Uerum haec ratio quorundam valeat sine negotio intelligitur, quod ex eadem reliquas lectiones haud minus facile vindicare possemus, et *Leptitanos* et *Iliturgitanos* et, nescio quos alios? substituere. Quin adeo Bynkershoekii municipes confictos puto, nec qui unquam in rerum natura fuerint. Quemadmodum enim a Florentia, *Florentini*, a Valentia, *Valentini*, ita a Lucentia non *Lucitani* formantur, sed *Lucentini*, qui, si in Etrusco essent, libenter agnoscerem. Nunc uero cum *Licitani*, siue *Ligitani* sint, (nam litterarum *C* et *G* permutatio satis est obvia e) hi magis placent. Et commode eos ad Pauli salutem olfacere mihi uideor in uetusto marmore apud GRUTERUM, cuius haec extat forma:

Q. VALERIUS OPIALIS  
AUGUSTALIS PERP  
HUIC ORDO MUNICIPI  
FRAUASONLIGITANORUM  
CENAS PUBLICAS DECREV  
ET LOCUM IN QUO STA  
TUAS SIBI UXORI LIBERIS Q  
PONERET. f)

Consen,

d) *Observatt.* V, 21.

e) Vide sis *Io. Fr. GRONOVII Observ.* II, 22. p. 308. sq. ex edit. PLATNERI, Rad. FORNER. *Rer. Quotid.* I, 30. ap. OTTON. T. II. et tabulas Hercleenses ap. CONRAD. in *Parerg.* p. 362. ac *MAZOCCHIUM ad tabb. aen. Heracl.* P. II. p. 304.

f) *Thef. Inscr.* p. CCCCLXXIX, n. 7.

Consentit fere cum Grutero DONIUS *g*), qui paulo curatius, verba diuellendo, FRAVASON. LIGITANORUM legit. Longius autem recedit Editor Mutinensis *h*), apud quem, paucis mutatis, quarta linea ita habet: FLAVISOSONEGILANORUM. Quis autem tam coecus est quin videat monstra haec esse nominum, aut tam patiens, ut ferri posse, uel propter dissensum existimet? Quare collata utraque lectione, uide an recte concierim: FLAVIAE LIGITANORUM. Fuit autem Flauiarum, in Hispania praeferit, ingens numerus, atque ita, nec video qua alia ratione commode fieri possit, suus cuique lectioni fit honos, quantum licet locorum per obscuritatem. Expressius adhuc municipii nostri meminit GRUTERI *i*) alter, quem et Bynkershoeck laudat:

C. IULIUS CAPITO

AUG. I. D. CUR. ANNON.

HUIC ORDO MUNICIP. AMPL. *k*)

LIGITANORUM

OB MULTA IN SE BENEFICIA

PATRONO OPTIMO

STATUAM MARMOREAM

P. P. P. D.

Non

*g) Inscr. Claff. II, n. 75.*

*h) MURATOR. Theſ. Inſcr. p. MCVII, n. 1.*

*i) d. l. p. CCCXXI, n. 7.*

*k) Ian. Andr. HULTMANN in Mifcell. Epigraphicis p. 373. in horum uerborum locum ſubſtituit: huic ordo municip. im. (i. e. immunis) flauii ilicitanorum. Scilicet insolentius ipſi uidebatur ampliſſimum uocari municipium, quod*

Non eget res pluribus verbis, et duorum testimoniis fide conuicti, frustra qui Licitanos loco suo pellere conantur, esse uidentur. Quodsi enim omnia ea loca, quorum mentionem nisi semel aut bis factam reperimus, expungere uellemus, nae actum foret

quod tamen a ueteribus factum non uno loco deprehendas. Poteris quoque, si magis placet, istam uocem ad praecedentem *Ordinis trahere.* Noui quidem ipsos municipiorum ordines plurimumque *splendidos* appellari, idque fuse explicari a V. Cl. Cph. *Saxe in periculo animadu.* in aliquot classica marmor. συνταγμ. p. 10. sqq. Sed et amplissimos uocitari, uel ex CICERONE pro Coelio cap. 2. doceri potest, ut adeo falsi sint, qui tantummodo ordinem Senatorium Romae ita appellatum fuisse contendant, in qua haeresi nos quoque olim fauimus. Illud autem dubitatum est, an *illustrium* nomine quondam uenerint Senatores. Quae quidem dubitatio omnino iusta est, si de temporibus ante Constantium Imp. loqueris, ut adeo nullo modo recusandum uideatur emblema Tribonianii in cap. ult. §. 1. & de Senator. quidquid contra dicant Wybo in Tribon. defenso c. I. §. VIII. et BYNKERSH. Obseru. VII. 9. Neque eos iuuat locus TACITI Annal. XIV. 11. qui eo quidem uocabulo, sed non eminentiori hoc significatu uicitur, ut sit singularis honoris signum. Nobiscum sentiunt Gilb. REGIUS evancticō. II. 8. Io. LEUNCLAV. Notator. II. uterque apud OTTON. in Thes. ille T. II. hic T. III. HUBER in Eunom. Rem.

foret de uobis, Plini et Strabo, ac de te, reliqua cohors, cuius beneficio Cluuerii, Cellarii, Weslelinii, ut uiuos praeteream, aeterna fama tolluntur.

*Rom. p. 71. Henr. ERNSTIUS ad L. I. Digest. ap. MEERM. Thes. T. VI. RAMOS del MANZANO ad L. Iul. et Pap. II, i. ap. EUND. T. V. qui tamen etiam noua, sed contortissima ratione Ulpianum defendere studet; denique MEISTER in Opusc. Syll. I. p. 194. WALCH ad ECKHARDI Herm. iur. p. 438. et qui ab his laudantur alii. Sed omnes hi in eo tamien errasse uidentur, quod ICtum ex Nov. LXII. interpolatum contendant. Recte enim Wybo animaduertit, eam longe post Digesta editam. Potius igitur dicendum, Tribonianum ad eum respexisse morem, qui, cum Pandecte conficeretur, obtinuit, quo et ipsa nos ducit Nouella.*

---

## CAP. IX.

## CAPVT IX.

*Defenditur recepta lectio Cap. 29. v. ad  
L. Iul. de Adult. Obiter ad cap. 2.  
§. 3. v. Eod. et correctus leuiter  
Scholia festes.*

Constat inter omnes, Christ. THOMASIUM in philosophiae studio nemini inter Germanos suo aeuo fuisse secundum, in aliis quoque cognitionis humanae particulis uix cuiquam primas concessisse. Quem eundem Uirum hilarioris famae et ingenii, quem immerentem nostri aei secta coepit negligere, si in iuris quoque scientia, quotquot eius sunt partes, multum praestitisse dixeris, ipse nihil detractum esse uolo laudis, imo plundo et manibus hominis immortalis bene precor, ac thura altariibus libo, habid ignarus, quantum et nos ipsi debeamus. Sed si quando in Grammaticorum uiridia declinat stilumque acuit, tunc, ueluti infausta quadam stellarum ui regnante, plerunque accidit, ut famosae Ant. Fabri infelicitatis comes, se turpiter det, nec possit non notam Censoriam experiri. Eius rei nunc dabo exemplum luculentum a), nec infructuosum sperro, quoniam quos ad ciuilem scripsit prudentiam libros, si non pro merito satis, tamen passim adhuc in scholis et foro non perfunditorie lexitantur.

Legis

a) alia aliquot dedit WIELING Lett. iur. ciu. I, 1.

E

Legis Iuliae de adulteriis insigne extat caput, ad deprimenda uirorum lenocinia comparatum, quod hifce conceptum uerbis proposuit *Io. Guil. HOFFMANN b)*: *Qui uxorem in adulterio deprehensam, uel adulterii damnatam retinuerit, quiue adulterum in domo deprehensum dimiserit, hac lege tenetor.* Adeo scilicet remiserat pristina Romanorum feritas, adeo patientem effrenae licentiae adcommodauerant aurem, ut, qui olim fuerant castitatis defensores acerrimi, et uel ob uini haustum de capite feminae domestico iudicio statuerant, iam sine animi comitione, in suis ipsorum domibus, intraque cubilia sua, uxores in aliorum turpes amplexus fuere cernerent, nec, quam in adulteros concedebant leges, uindicta uterentur, imo emendicatis foeda connuentia numis, expugnatorem genialis lectuli saluum et incolunem dimitterent<sup>c)</sup>). Quam lenititudinem et in prosternendo maritali honore liberalitatem Augustus lege euersurus, quod paulo ante adscriptimus, pertulit caput <sup>d)</sup>, cuius cum apud ULPIANUM fundus sit, eum audire placet. Ait autem: *Mariti lenocinium lex coercuit, qui deprehensam uxorem e) in adulterio retinuit,* adul-<sup>e)</sup> in exasciato libello ad *L. Iul.* de *Adule.* c. *VIII.*

<sup>f)</sup> *§. 3.* *Cum leno accipiat moechi bona, si capienda ius nullum uxori, doctus spectare lacunar,* *Ductus et ad calicem uigilanti stertere naso.*

<sup>g)</sup> reprehensum a PÜTTMANNO V. Cl. in *Opusc. iur. crimin.* p. 323<sup>a</sup>.

<sup>h)</sup> *hanc uocem a nonnullis abesse Mſſ. docet ACCUR-*

Sius

adulterumque dimisit. Debuit enim uxori quoque irasci, quae matrimonium eius uiolauit: tunc autem puniendus est maritus, cum excusare ignorantiam suam non potest, uel adumbrare patientiam praetextu incredibilitatis f): idecirco enim lex ita locuta est: adulterum in domo deprehensum dimiserit, quod uoluerit in ipsa turpitudine deprehendentem maritum coercere g).

Si THOMASIUM h) hic audimus, legem, tam feliciter restitutam, hoc capite truncare, Brissoniumque et Hoffmannum suppositi partus crimine accusare securi possumus. Causam quaeris? Uocula me deinceps nulla erit; fluctus enim in simpulo exigit et scrupulum iniicit miserum illud quoque, quod concoquere nequit. Vir aliter doctissimus, sed lingua parum callens. Igitur loco: adulterumque

E 2

dimisit  
suis ad h. l. et poterat sane non ineleganter  
omitti. Editi tamen, quotquot uidi, omnes  
constanter retinente.

f) Digestum nouum de Tortis utrumque, et Parisiense anni 1510. legunt: incredulitatis, idemque seruat Baudoziana anni 1593. Notauit quoque GORHOFREDUS hic, quo magis miror Brencianum praetermissile, qui alias solet in Uulgata indicanda cum satis diligenter exscribere. Quali autem editione usus fuerit Gorhofredus, quotiescumque solemni suo Vulg. autes obtundit, id uelim dicant qui antiqua exemplaria impressa me diutius manibus uerstarunt.

g) cap. 29. pr. w. ad L. Iul. de Adultr.

h) in Schol. ad Huberi Prael. in w. sit. de transact. p. m. 133.

dimitit, satis proterue reponit: *adulterumque occidit*, et quia sic, quae sequuntur, parum respondent, *adulterini in domo deprehensum in: adulteram in domo deprehensam mutat*. Sed quis est tam mitis, ut patienter ferat hanc, non emendationem, sed corruptionem, cum ipsis adeo iuris principiis aduersa fronte pugnantem? Primo enim si adulterum occidit, qui potest maritus de lenocinio suspectus esse? Deinde aperte iuris est lege Iulia non nisi in uiles animas et personas infames marito hanc licentiam indulgeri <sup>i)</sup>). Quare his, ne plura cumulum, argumentis inductus, uerissimam puto constantem omnium librorum lectionem, nec admittendam uim, quam Idem ULPIANO infert in sequentibus: *Idcirco enim lex ita locuta est, adulterum in domo deprehensum demiserit, quod uoluerit in ipsa turpitudine deprehendentem maritum coercere k)*. Non enim debet adulterum dimittere, sed retinere domini et testes aduocare, uti iusta poena adficiatur <sup>l)</sup>. Sed et si pretium acceperit, nolitque contra uiolatorem thalami agere, uel ea propter tenebitur, quod matrimonii honorem uulgauit, cumque ea amplius constueuit, cui

*Lusus erat sacrae connubia fallere taedae,*  
ideoque adiicit ICTUS: *Debet eum uxori quoque irasci, quae matrimonium eius uolauit, atque eum patinas et cum quadam indignatione efferen- dum est τε quoque.* Sane si riualem dimisit, quo grauior est causa, uxorem quoque dimittere debe-

i) cap. 24. <sup>w.</sup> Eod. PAULLUS Rec. Sent. II, 26, 4.

k) cap. 29. <sup>w.</sup> d. r.

l) cap. 25. <sup>w.</sup> Eod.

debebat: occidere enim non est permissum. Atque ita expresse PAULLUS<sup>m)</sup>. Eandem rem egregie perspexit Basilicorum SCHOLIASTES, quando: *ωστερη γαρ, αιτ, ου δυναται τον ενας φορευειν, και τον επεργον καταλιμπευειν, ουτως ουδε παρακατειν τον ενας, και τον άλλον απολυειν.* Quo loco in uicem uerbi *καταλιμπευειν*, quod est nihil, quis non uidet absque ulla mora rescribendum esse *καταλιμπανειν?* Quid? si pretium non accepisset et ex incredibili, amore dicam an patientia? uxorem retineret, delatam ab alio cogebatur adeo ipse retinere. Cuius rei illustre exemplum ex PLINIO o) attulit HOFFMANNUS p). Quod uero Lex dicit *deprehendentem maritum et dimittentem* puniri, id non sine causa dictum est. Neque enim, qui non deprehensam, neque iudicio publico damnatam retinet, poena adficitur. Et hac ratione, ne ipse secum pugnet, recte nobis intelligere uideamus, alterum ULPIANI locum, in quo ita perscriptum legimus:

*Ceterum qui patitur uxorem suam delinquerre, matrimoniumque suum contemnit, qui que contaminationi non indignatur, poena adulterum non infligitur q).*

Nimirum de eo loquitur Ictus marito, qui quidem moechisantem patitur uxorem, non ta-

E 3

men

m) Rec. Sent. d. l.

n) ad Basil. Lib. LX. tit. 37. p. 657.

o) Epist. VI, 31.

p) loco excitato ante, cap. X. §. 1.

q) cap. 2. §. 3. 2. Eod. corsum tendit §. 3. d. cap. 29.

men meretricio genere, ut pecuniam inde foenetur, nec qui eam deprehenderit in ipso adulterio, cui adeo in promptu est adumbrare patientiam praetextu incredibilitatis. Quod cum non intelligerent ueteres Codd. descriptores, particulam abutiuam non sine ratione omiserunt r).

- r) Id uerbo monuit IAUCH. de Negatt. cap. IV. n. 35. itaque habent editi ueteres supra allati, praeterea quoque Sennetoniana et Hugonis a Porta. Glossa tamen iam aduertit, in libro B. (Bartoli credo) non fuisse. Illud quoque adiicio, istas Editiones partim legere contaminatione, partim poena adulterii configitur. Editores recentissimi talia omnia, et maiora quoque, secure praetermittere solent.

## CAPVT X.

*De Donatione mortis causa spicilegium,  
in primis quoad discordiam inter Sa-  
binianos et Proculianos agitatum.*

Donari quod liberalitatis exercendae causa nulloque iure cogente conceditur, inter omnes constat. Concedimus autem liberaliter non uno modo: unde generatim duae donationum species euadunt. Uel enim sic donamus, ut nulla sit in donando mortis uel periculi cogitatio, uel ita ut mortalitatis meditatio, aut metus periculi adiiciatur. Illam *inter uiuos*, hanc *mortis causa donationem* dixerunt a). Et ista quidem, quae *inter uiuos* fit, duplice forma contingere solet. Possimus enim donare *pure* et sine ulla conditione, ita ut res confessim sit in dominio accipientis, nec ulla ratione a donatore reuocari possit b). Sed et non pure donare licet, et ita ut ab euentu pendens donatio conditionem recipiat. Eam alii *relatam*, seu *impropriam* adpellant c), nos *conditionalem* *inter uiuos* malumus, quia conditio non suspenditur a morte hominis, sed si quid aliud fecutum fuerit, uel non fuerit, u. c. si hac mente donat sponsus

F. 4. spon-

a) *Princ. Instit. de donat.*

b) *cap. i. pr. et §. i. w. de donat. cap. 35. §. 2. de mort. cauf. don.*

c) *GOEDDAEUS ad cap. 67. w. de U. S. aliquie bene multi.*

sponsae, ut nuptiis non secutis res auferatur, eamque duplicitate contingere posse, luculenter ostendit JULIANUS d), uel sub resoluta conditione, uel sub suspendente. Ibi dominium interim ad donatarium transit, hic apud auctorem remanet. Perspicue rem exposuit HARMENOPULUS e). Si donatio pure fit, ea mox *absoluta et uera f)*, mox *simplex g)* audit; aliis *directa h)* uocatur, *perfecta i)* aliis.

A donatione *inter viuos* separatur illa, quae *mortis causa* concipitur. Peccant autem qui non aliam agnoscunt, quam cuius perfectio suspenditur morte donatoris. Ita uero vel illi, qui iustis commentariis hanc speciem exposuerunt. Sed aduersaria habent uel ipsa juris nostri capita, quae donationem m.c. generaliter uocant omnem donationem, quae sit intuitu mortis. Quodsi quis liberalitatem suam ita in suspenso relinquat, id fieri potest duplicitate, uel promittendo si ipse donator diem obierit, uel propter mortem alterius. Posse autem recte m.c. donari in hunc casum, si *Titius naturae concesserit*, ex multis ueterum reliquiis constat. ULPIANUS k): *Mortis causa*, inquit,

d) cap. pr. *π. de Donat.*

e) in *προτερηνομων Lib. III. Tit. I. §. 3.*

f) cap. 35. §. 2. *π. de m. c. don.*

g) cap. 20. §. 3. *π. fam. ercise. cap. 21. Cod. de donat. ante nupt.*

h) cap. 25. *Cod. de donat.*

i) cap. 7. *Cod. de condit. ob caus. dator.*

k) cap. 11. *π. de m. c. don.*

quit, filii sui pater recte donare poterit, etiam constante matrimonio filii. Cui responsō ansam dedisse uidetur dubitatio, ex eo orta, quod sacer frustra mortis suae causa genero uel nurui donet, quia mortuo sacerdo nuptiae non soluuntur, nec interest, an pater filium uel filiam exhaeredauerit, ut habet PAPINIANUS <sup>l)</sup>). Eiusdem cum Ulpiano sententiae est JULIANUS <sup>m)</sup>). Sed et alius locum silentio transire nequeo, non quasi putem in illo quidquam adiumenti esse, sed quia aliqui hac spe lactant lectors, et tamen frustra sunt. Scilicet putant donationem m. c. tertii, latere in his DIOCLETIANI et MAXIMIANI <sup>n)</sup>): Nec fratri sui mortis causa recte factam donationem sororem rescindere licet. Etenim BALDUS <sup>o)</sup>, quem maiores nostri Lucernam iuris vocabant, inde hanc regulam effingit: Pro morte non solum sua, sed alterius, puta fratri, potest quis mortis causā donare. Et non aliter SALYCETUS *ibidem*. Quod quamvis sit per se uerissimum, ut ex aliis locis ostendimus, tamen minus recte ad illud rescriptum cum glosfatoribus recurrent neoterici quidam, putantes sororem donasse mortis causā fratri sui. Et dudum hanc temeritatem CUIACIUS reprobavit, istumque locum ostendit explici-

E 5

cari

<sup>l)</sup> cap. 53. **¶**. de donat. inter V. et U. Vid. SCHUL-

TING ad PAULLI Rec. Sent. II, 23. §. 1.

<sup>m)</sup> cap. 18. pr. **¶**. de donat. m. c.

<sup>n)</sup> cap. 3. Cod. de donat. m. c.

<sup>o)</sup> ad d. l. Cod.

cari debere ex alio eorundem Imp. rescripto p), reuocari scilicet non posse donationes m.c. ab agnatis donatoris, nec litem donatario recte a sorore moueri, quod res donata maiorum fuerit. Dubitandi enim ratio erat sorori, quod in quibusdam regionibus res auitas donare aut uendere non licet. Neque tamen hanc ipsam, de qua nobis sermo est, mortis causa donationem, adeo arctis cancellis circumscribi censere quis possit, ut non queat aliter locum sibi vindicare quam in futuram extranei mortem, et in hunc censem recte quoque relatam uideri munificentiam, quae exinde oritur, quod aliquis iam naturae concesserit, ueluti si tibi centum dederim, quod Lucius Titius, qui me heredem scripsit, rebus humanis iam ereptus est. Posit, inquam, haec coniectio probabilis euadere Basilikorum in primis auctoritate, qui ULPIANI q) uerba haec: *Si mulier uentris nomine per calumniam, ut in possessionem mitti desideret, pecuniam accepit, forte dum substituto patrocinatur, ut institutum aliqua ratione excludat, mortis causa eam capere Julianus saepius scribit, ita uertunt: Εαν η γυνη του τελευτησαντος λαβουται χειρατα αεμφθη κατα συκοφαντιου εις την γαστρας σοματι τομην, ώστε βλαψει του χυσφορουμενη ενοτατον, θανατου αιτια δωρεας ληψις εστιν.* Uides hic, quod Ulpianus per

p) Observ. Lib. XX. cap. 6. Add. GIPHAN. in Lectur. Altorphinis p. 310. PEREZ Praelect. ad Cod. d. t. §. 10.

q) cap. 12. 20. de don. mort. caus.

per mortis causa capere expressit, nominari  
 θεωρετον αιτια δωρεας ληψι, quasi dices  
 mortis causa donationis capionem, manifesto  
 indicio, Basilicos certe putasse propter mortem iam  
 insecuram recte donari m. c. Interim, qui noui-  
 mus, quantopere interdum a regia aberrauerint Ba-  
 silici, Ulpiano magis atque illis fidemus. Ad mor-  
 tis enim causa capiones inter alia recte refertur,  
 quae adeundae hereditatis, uel non, aut petendae  
 bonorum possessionis gratia accipitur pecunia.  
 Atque illud quidem hic usu uenit. Uidua enim,  
 accepta a substituto pecunia, quo ipsi patrocinare-  
 tur, et ne scriptus heres statim hereditate potiretur,  
 fungendo se grauidam, bonorum possessionem uen-  
 tris nomine contra tabulas per calumniam petit.  
 Ceterum in Basilicis satis inconsideranter adhibita  
 est uox *τεμποθη*. Nam siue missioneim impe-  
 trauerit, siue non, perinde erit, et semper mortis  
 causa capio, cum propter hereditatem defuncti  
 mariti pecuniam acceperit. Utraque autem, quam  
 tetigimus, donatio m. c. non aliam habet uim,  
 quam illa inter uiuos, quae supra nobis condicio-  
 nalis appellata est.

Ad illam reuertor donationum m. c., quae in  
 mortem donatoris concipitur ita, ut inde eius per-  
 fectio et duratio pendeat, atque ut possit reuocari  
 quoisque donans in uiuis sit. Qui enim ita  
 donat, magis, inquit MARCIANUS r), se habere uult,  
 quam eum cui donat: magisque eum cui donat,  
 quam heredem suum; id quod expressum quo-  
 que olim in formula fuisse, testis est Interpres Go-  
 thicus

r) cap. i, 20 de m. c. donat.

thicus Paulli s). Atque huius donationis species tres esse ex Juliano notat ULPIANUS t): *Unam cum quis nullo praesentis periculi metu conterritus, sed sola cogitatione mortis donat. Aliam esse speciem m. c. donationum, cum quis imminente periculo motus, ita donat ut statim faciat accipientis. Tertium genus esse donationis, si quis periculo motus non sic det, ut statim faciat accipientis, sed tunc demum cum mors fuerit insecura.* Ex his tribus speciebus orta est nobilissima illa inter ueteres prudentes controuersia: utrum adnumerari debeant donationes m. c. legatis, nec ne, atque adeo; utrum dominium donatae pecuniae iam uiuo donatore transeat in donatarium eosdemque producat effectus, quos habet quae inter uiuos celebratur, an uero morte donatoris demum persiciatur. Inde porro alii controuersiae patuit ianua, an Falcidiae locus sit? Et controuersiam quidem hanc olim extitisse, quam certissimum est ex ipsis Justiniani sanctionibus u). Sed dubium est, quid haec cum ita sint, et Proculiani et Sabiniani senserint, ut adeo acuti alias ingenii vir VINNIUS w) putauerit, ita euauisse omnia dissensus huius uectigia e iuris libris, ut operam ludant, qui ea indagare uelint. Neque uero defuerunt tantae auctoritati sequaces, imo Godofr. Ludou. MENCKEN x) eo progressus est, ut statuat, eam quae

s) ad PAULLI Rec. Sent. II, 23. §. 6.

t) cap. 2. w dt.

u) §. 1. Inst. de donat. et c. 4. Cod. de don. mort. caus.

w) ad §. 1. Inst. dt.

x) in Diss. de donat. m. c. ualida, licet expresse in casum mortis non differatur. Helmst. 1751, §. IX.

de forma intercesserat disputationem iam ante Iu-  
stiniani tempora plene consopitam fuisse, dissidium  
que tantum de efficacia huius donationis superfluisse.  
Rectius tamen omnino rationes instituere videntur,  
qui, posse ex diuersitate actionum, quas sectarum  
pars donatori cōcessit, inuestigari, quid quaeque  
circa hanc rem senserit, autem. Uerum nec  
inter hos concordia est, sed ex antesignanis in di-  
uersas partes trahentur MASCAVY et WIRLING<sup>2)</sup>.  
Dicam quid mihi de hac re sedeat, liberum cae-  
teroque relinquentium suum cuique iudicium.  
PAUELLI aa) ICI vulgatissima sunt haec: Qui  
mortis causa donat, qua parte se cogitat negoti-  
tum gerit scilicet ut cum conualuerit redditur  
sibi. Nec dubitauerunt Cassiani, quin condicione  
repeti posset, quasi re non secuta, propter  
hanc rationem, quod ea quae dantur, aut ita  
dantur ut aliquid facias, aut ut Lucius Titius.  
aut ut aliquid obtingas, et in ipsis condicione se-  
quitur. Ex his patet, Sabinianos in donatione m.  
c. statuisse, dominium a donatore recedere et in  
donatarium transferri. Neque enim reuocanti in  
rem actionem concedunt, sed personalem; et can-  
sam subobscurius tradidit Paullus. Ea haec est:  
Donationes m. c. sunt sub conditione conceptae.  
Iam uero in ipsis, quas supra conditionales vocauimus, dominium transit, ideoque nulla obligatio alia  
est,  
y) de Sectis Sabinian. et Proculian. cap. IX. §. 25.  
z) Lect. iur. ciu. Lib. II. cap. 30. Add. B. BRAN-  
CHU Obseru. Decad. XI. cap. 4. qui uarias Dd.  
opiniones recensuit.  
aa) cap. 35. §. 3. w) de m. c. don.

est, quam ob rem dati, re et conditione non fecuta *bb*), quare haec eadem obtinere debent in donatione m.c. Hoc enim uoluisse sibi uidetur Paullus, cum ait: *et in ipsis*, scilicet inter uiuos donationibus quae sub conditione sunt, qualesque intelligi debere exempla ostendunt, *conditio sequitur*, ideo et in hac mortis causa, ut aliquid obtingat. Quae cum ita sint, apparet, Sabinianos non potuisse ullam inter donationes m.c. et legata agnationem concedere, ideoque nec Falcidiae rationem in iisdem agnoscere. Ex eo porro, quod Cassiani condictionem tantum locum habere contenterunt, recte colligitur, Proculianos in rem dedisse actionem. Quorundam enim Paullus Cassianorum in specie mentionem fecisset, nisi ab iis discessione in fecissent, qui ex schola Proculi profecti sunt? Et est hoc a contrario argumentum in re sectaria adeo manifestum et agnatum, ut tuto confidam, non fore quenquam qui in Menckenii partes se abstrahi patiatur, negantis id simpliciter et nulla ratione adducta. Cum uero necesse sit Proculianos dedisse donatori m.c. poenitenti in rem actionem, inde hoc etiam consequitur, eosdem illas legatis comparasse et Falcidiae detractiōnem admisisse, quorum autem utrumque inter ueteres dubium fuisse Imperator narrat, neutrum tamen in Sabinianos quadrat. Officere quidem huic doctrinae vir doctus existimat, quod ipsi Sabiniani Julianus et Africanus cum Proculo sentiunt et

*bb) cap. 2. §. 7. w de Donat.*

et legatorum naturam agnoscunt cc). Sed parum haec nobis ponderis habere uidentur, qui putamus quidem primos sectarum auctorum discipulos firmiter inhaesisse in plerisque quae tradita erant a magistris, minus autem tenaces fuisse qui eos insecuri sunt. \*) Ita enim fert natura humana, ut, si quid noui et inauditi proferatur, illico in partes scindantur homines, uetera aliis, aliis recentia cum feroore defendantibus; sed mox specie nouitatis recedente, et ubi partium studium deferuit, qui postea uiuunt, uerum eligunt nullius partis ratione habita. Jam uero quando inuenimus, ICtos ueteres donationes m. c. modo legatis adnumerare, modo inter uiuos largitionibus, adeoque eos repetenti mox condictionem tribuere, mox uindicationem, ratio postulat, ut diuersas harum donationum species distinguamus, et quid in quaque iuris fuerit inuestigemus, quo concordia inter legum conditores aut discordia appareat. Tres autem dari, ex Juliano, quem supra laudauimus, contendunt; sed reuera quatuor esse, ex iis quae dicenda sunt patebit.

Primum igitur quis potest m. c. donare ex metu mortis, aut ex praesenti periculo, aut ex futuro, si quidem terra marique, tam in pace quam in bello, et tam domi, quam militiae multis generibus mortis periculum metui potest. Deinde et donari potest extra suspicionem ullius periculi a fano

cc) cap. 17, 22 et 23  $\varpi$  de m. c. Donat. Sic enima emendari debent apud Menckenium typographi uitia.

\*) Cf. RAEUARD, ad c. 84.  $\varpi$  de diu. reg. iur. Opp. pag. 307. lqq.

sano et in bona ualeudine posito, et cui ex humana sorte mortis cogitatio est, quod se quandoque moriturum intelligit *dd*). Utroque autem modo diuersimode potest donari. Nam donare quidem *m.c.* possumus ita, ut nullo casu reuocetur, quod elargitum est *ee*). Quod si factum fuerit, MARCIANUS *ff*) ait, *magis causam donandi esse, quam m.c. donationem.* Et recte: nam quae ita proficiuntur ut nullo casu reuocetur, propri dici *npo* potest suspendi a conditione. Ideoque, pergit, perinde haberi debet atque alia quaevis inter viros donatio, (quia scilicet qui donat, illum potius, quem se habere inauult,) quare et *inter viros et uxores non ualeat, et ideo gg) nec Fal-tidia locum habet, quasi in m.c. donatione, ea uidelicet quae ita sit, ut habeas si mors contigerit.* Cum uero in hac specie dominium statim transferatur in donarium, donatori repetenti conditio tantum erit, non vindicatio, qua utitur donarius, neque eadem legatis comparari poterit.

Atque  
*ad) Verba sunt PAULLI cap. 35. §. 4. Ὅ. de m. c. don, et GAI cap. 31. §. 2. Ὅ. Eod. adde quoque cap. 2. Ὅ. Eod. ee) cap. 13. in fin. et 35. §. 4. Ὅ. Eod. ff) cap. 27. Ὅ. Eod.*

*gg) HALOANDER habet in ea, et probat WIELING l.c. sed nihil opus est, receptum textum mutare, cum iterata repetitio eiusdem uocabuli frequens fuerit cadente aeuo. Vid. ECKHARD Herm. iur. Lib. I. cap. 3. §. 97.*

**A**que de hac donatione JULIANUM *hh*) quoque capio, quando statim fieri accipientis dicit. Aliter WIELING, qui inique uerbum interim ingerit. Idem porro loquitur PAPINIANUS *ii*): *Cum pater filio emancipato quaedam donasset sine ulla conditione redhibendi, ac fratres et coheredes eius bonis contribui donationes, Falcidiae causa, uellent, ius antiquum seruandum esse respondi — — eum enim qui absolute donaret, non tam mortis causa, quam morientem donare.*

Similis est altera donationum species, si quidem sub conditione facta est, ueruntamen ut non aliter reddatur, quam si, qui accepit, prior decelerit *kk*). Absolute enim facta uidebitur, quamdiu in uiuis degit donatarius, nec repeti poterit aliter quam condicione, quoniam dominium iam recessit a donatore, igitur nec eo prius mortuo legatis comparabitur, nec Falcidiae subiacebit. Eadem condicō dabitur, si donatarius, siue is sit paterfamilias, siue filiusfamilias, siue seruus, praedefunctus sit *ll*).

Tertia species haec erit: Dono tibi centum ea conditione, ut si saluus euaserim e periculo, uel conualuero, restituas, interim tibi habeas *mm*). Transfertur dominium rei donatae, et periculo non-

*bb) cap. 2. w. Eod.*

*ii) cap. 42. §. 1. w. Eod.*

*kk) cap. 35. §. 4. w. Eod.*

*ll) cap. 23. cap. ult. w. Eod.*

*mm) cap. 8. §. 1. w. Eod.*

nondum ereptus nec ualeitudini restitutus in rem  
agere prohibebitur donator, concessa tamen in  
personam actione. Sed et obtinebit haec condicatio  
uel in factum actio, si causa non secuta sit, et  
conualuerit donator aut periculum tutus praeterna-  
uigauerit. Ita tradunt communiter ICti *un*). Sed  
ULPIANUS quamquam ista non omnino, negat, imo  
Juliano tacite accedat *oo*), tamen Proculianis fa-  
uens, etiam vindicationem concedit, quando: *Si*  
*uero*, ait, *sic*, ut iam nunc haberet, redderet,  
si

*nn*) cap. 38. §. 3 *w* de *ujur.* cap. 12 *w* de *condict.*  
*caus.* *dat.* *caus.* non *sec.* cap. 18. §. 1. cap. 24.  
cap. 39. *w*. de *m. c. don.* in quo ultimo capite  
condicitionem quasi furtiuam intelligit *Io. Matth.*  
*MAGNUS Ration.* et *Differ. iur. Lib. II.* cap. 3.  
*ap. MEERM. Thes. Tom. III.* At uero veteres  
revera dominium interim translatum esse dice-  
bant, ideoque dolus subesse non uidebitur, si  
donatarius uendiderit, restituturus pretium con-  
ditione non secuta. Cf. quoque *de RETES Opus-  
cutor. Lib. II. Sect. II. cap. 5.* in eodem *Thes.*  
*Tom. VI.*

*oo*) cap. 37. §. 1. *w. Eod.* Add. cap. 30. *w. Eod.*  
ubi *WIELING l. c.* Graecorum auctoritate sufful-  
tus, recte utilem actionem explicat per perso-  
nalem in factum. Nam in factum et utiles  
actiones non raro *συναγωγής* ponit bene ob-  
seruat *LABITUS de usu Indic.* *Pandectar. cap.*  
*III. §. 14.* Quare non sequimur qui utilem in  
rem actionem intelligunt *RETESIUM l. c.* et *BRUN-*  
*QUELLUM de ICtis Ercise.* §. 24. *cæt.*

*si conualuisset, uel de proelio, uel peregre redif-  
set: potest defendi, in rem competere donatori,  
si quid horum contigisset, interim autem ei, cui  
donatum est. Sed et si morte praeuentus sit is,  
cui donatum est, adhuc quis dabit in rem do-  
natori pp).* Et recte posset defendi, quod Sabi-  
niani negabant. Non secura enim causa euanesceat  
dominium et ad donatorem redisse uideri potest.  
Itaque donatori, euanescente conditione, dari po-  
terit directa in rem actio, non utilis tantum, quod  
uolebat magnus Hispaniae Consultus RETESIUS qq),  
certe eadem donatario competenter propter uerba:  
*interim autem ei cui donatum est,* id quod BRAN-  
CHU rr) praefert. Eadem ratione illo casu recte  
in rem agetur, si donatarius praedefunctus sit.  
Sed dubitanter loquitur: *quis dabit,* quia, ut  
dictum est, Sabinianis hoc displicebat ss).

Denique hoc modo fieri donatio m.c. potest,  
ut demum post mortem rem donatarius habeat.  
Et haec est quasi propria m.c. donatio, de qua in-  
primis dubitasse uidentur, qui sectarum dissidiis in-  
claruerunt. Sed breui coaluerunt et communis  
facta est sententia, *eam Legati speciem habere tt),*

F 2

et

pp) cap. 29. *W.* de m. c. don.

qq) l. c. num. 6.

rr) Observ. cap. 4.

ss) d. cap. 23. et 44. *W.* Eod.

tt) cap. 22. *W.* Eod. et IULIANUS cap. 17. *W.* Eod.  
neque tamen Julianum eius sententiae auctorem  
primum fuisse, exinde collegimus, quod Iusti-  
nia.

et Falcidiae subesse *uu*), et quia non uidetur esse perfecta, antequam mors insequatur *ww*), in rem actionem esse, quoisque donator rebus humanis nondum ualedixerit *xx*). Tandem id certi iuris formam recepit per Constitutionem Imperatoris Septimii Seueri *yy*).

*nianus Nou. 87.* dicit: *καθαρερ Ιουλιανος σοφατατος ενομοθετησε*, quemadmodum id fecit CALDERA Var. Lect. IV. cap. 2. n. I. ap. MEERM. Thef. Tom. III. sed putarim Imperatorem ita locutum esse, quod Julianus id primus in Edictum intulerit, quoquam nescius non sim, uerbum *constituere* omnino de scriptis ICtorum dici, in quibus legitima scientia curatus definitur, unde et ipsi *iuris auctores et conditores* et *vopse δεσπαι* passim appellantur. Uid. CUIAC, Obs. Lib. VII, cap. 25. Cbr. Henr. GRIEBNER Pr. de *vopse δεσπαι* veterum ICtor. s. de titulo quo *iuris auctores et conditores* appellantur. Lips. 1730. Gottl. SLEUOGT in Praef. ad Opusc. de Secci. et Philos. ICtor.

*uu) cap. 42. §. 1. w. de m.c. don.*

*ww) cap. 32. w. Eod.*

*xx) cap. 14 et 29. w. Eod.*

*yy) cap. 2. Cod. de donat. causa mort.* Eo alludit PAPINIANUS *cap. 42. §. 1. w. Eod.* et MARCEL-LUS ac PAULLVS *cap. 15. w. Eod.* ut procul ar- cendi sint, qui cum CALDERA l.c. *cap. 1. §. 1.* his aliisque locis Tribonianii manum inuenisse fibi gratulantur.

---

## CAPUT

## CAPVT XI.

*Figuratae Orationis ope plura loca,  
reiecta importuna crisi, explicata.  
Plautus aliquoties illustratus.*

Refert PAULLUS ICtus libro XXIII. ad Edictum  
ex Pomponio a):

*Idem scribit, cum ego et tu heredes Titio extitissimus, si tu partem fundi, quem totum hereditarium dicebas, a Sempronio petieris, et uidus fueris, mox eandem partem a Sempronio emero, et traditus mihi fuerit, agente te familiae erciscundae iudicio, non ueniet, non solum hoc, quod pro herede possidetur, sed nec id, quod pro emtore: cum enim per iudicem priorem adparuit, totam non esse hereditatis, quemadmodum in familiae erciscundae iudicium ueniat.*

Apparet, non esse, ad quod referatur illud *totam*; praecessit enim *fundus*. Non moror aliorum conatus; hoc tantum dico, causam haud subesse, cur cum *uan URYHOFF b)* ex editione Bau-

F 3 doxae

a) cap. 25. §. 8. *ꝝ. Fam. hercisc.* cuius effari iustitiam contra Autumni cauillationes bene defendit *Ulr. HUBER* in *Eunom. Rom.* p. 430. *sqq.*

b) *Obs. iur. ciu. cap. 30.*

*dozæ c) emendemus totum.* Figurate enim locutus est PAULLUS, et Synecdochen generis, non inusitatam illam, adhibuit, quod senserunt, qui expresse: *totam rem non esse hereditatis*, dederunt Haloander et alii, quod tamen nos potius subaudiendum tacite censemus. Nec caret forma haec exemplis, et ipse quaedam protulituan URYHOFF d).

Sic PLAUTUS e):

*Quumque ex miseriis plurimis me ex-  
emerunt,*

*Quae adhuc te carens, dum hic fui,  
sustentabam.*

quae dixit pro quas, et subintellexit *incommoda*, aut simile quid. Sed et idem ICTUS, quem libenter excito, quoniam est optimum *έργαννειας* genus, auctorem ex suo ipsius scribendi more interpretari; idem igitur PAULLUS f) alibi:

*Frugem, inquit, pro reditu appellari, non  
solum quod frumentis aut leguminibus,  
verum, quod ex uino, silvis caequis, cre-  
tifodinis, lapidicinis capitur.*

Quo

e) Eodem modo antiquiores u. g. Digestum Uetus de Tertis Venet. 1484. et alterum Ibid. 1498. Fol.

f) 1. l. cap. 31. Cf. CORN, uan BYNKERSHOECK Obs. Lib. 1. cap. 25.

e) Capellus, V, 1, 3. Add. SALLUST. Bell. Cat. cap. 43, ibique CORTE, et in primis *Excurs. VIII.*

f) cap. 77. *ω. de V. 8.* Firmatur haec lectio auctoritate Graecorum, qui uertunt: *in πονευ ΤΟΝ*

πόνο

Quo in loco etiam digna est, quae notetur paulo grauior praepositionis *ex* omissio, ante uocem *frumentis*, praesertim cum uocabulis quae sequuntur addita sit. Eo ipso autem exemplo non iniuria uideor mihi *ULPIANUM* g) defendere posse, ita pronuntiantem:

*Praeterea interdida est Mathematicorum callida impostura, et obstinacitate persuasio.*

ubi uan Uryhoff h) uel *obstinata aetate persuasio*, uel *ex obstinacitate persuasio* legendum censet, alii aliter. Sed uerius est ἐλλειστικῶς interpretari. Intelligitur autem obstinatus animus in persuadendis hominibus de fruolis uaticiniis et nugis aliis magicis. Eadem quoque ratione seruari potest alter *ULPIANI* i) locus, ubi de tutoribus suspectis, a matre petitis, reiiciendis ita loquitur:

F 4

Et

αὐτοὶ τῷρων, οὐ ὀστρίσων, αἱλλαχ καὶ TON  
αὐτοὶ οἴνου, οὐ ιὐλῶν τεμνομέγαν; nihilominus utrumque quod eiicere tentat Jo. LEUNCLAU  
notator. Lib. II, cap. 130. apud OTTON. Thes.  
T. III.

g) in *Collat. LL. Mof. et Rom*, tit. XV, §. 2.

h) d. l. cap. 23. quid CANNEGIETER ad haec dixerit,  
fateor me nunc nescire, cum eius liber non sit  
ad manus. PÜTTMANNUS V. Cl. in *Uarior.*  
*Opusc. Syll.* p. 95. uritur geminationis remedio,  
sed retrogradae, quo, nisi in summa necessitu-  
dine, uti non solemus.

i) cap. 2. §. 41. π. ad SC. *Tertull.*

*Et si latitarent potuit Edicto desiderare, ut eos Praetor adesse iuberet, et suspectos eos remoueret si deessent.*

Uides ante uocem *Edicto* deesse praepositionem. Et ita malo explicare, quam cum *Jo. UOLLENHOUE k)* ad lubricum, et ut plurimum damnum transpositionis remedium confugere et legere: *potuit desiderare, ut Edicto eos Praetor cet.* Caeterum *κανοφωνιαν* quandam esse in bis repetita uoce *eos* quiuis mecum intelligit. Quae tamen cum talis sit, quae commode optimorum scriptorum auctoritate defendi queat, recte, credo, uim maiorem interdicemus. Non lenius alii auctores antiqui praepositiones interdum omitunt. Unum dabo ex *PLAUTO l)* locum, quia is quibusdam de mendo suspectus fuit. Ille igitur:

*An id est sapere, ut qui beneficium benevolente repudies?*

Ubi frustra ad coniecturas prouolatur. Multis hunc morem illustravit *Henr. CANNEGIETER m),* quamuis illi non adsentiar, quando in hunc censum etiam vulgarem illam formulam *damnum iniuria* refert, magis pronus in *Hotmanni* sententiam, qui *datum* intelligit, quod etiam saepissime adiectum legitur,

Sed

k) *Diss. de suspect. Tut. et Curat. cap. VI. §. 7.*  
not. d. in *OELRICHS Thes. Nou. Diss. Belg. Vol. I.*

l) *Trinum, III, 2, 11.*

m) in *Rescript. Boxhornio de Catone cap. 30. adj. Dion. Catonis Distich. ex edit. Arntzenii.*

Sed post hoc diuerticulum iam ad *εὐενδοχής*  
 exempla redeo et unum PAPINIANUM n) adhuc  
 nomino, qui cum ex eo quaereretur, an mulier,  
 quae ab eo, in cuius matrimonium conuenerat,  
 stipulata fuerat ducenta, si concubinae tempore  
 matrimonii consuetudinem repetisset, petere posset,  
 si pacto non stetisset, respondit:

*Nihil causee esse cur ex stipulatu, quae  
 ex bonis moribus concepta fuerat, mulier  
 impleta condicione pecuniam adsequi  
 non posset.*

Plura si desideras, *Ualent. Guil. FORSTERUM o)*  
 adito. In Paulli igitur loco, quem initio huius ca-  
 pitis excitauiimus, non absolum est, post uocem  
*fundus subaudire rem;* cum ea uocula largissimo  
 sensu usi sint Icti. Exemplorum abunde est apud  
*BYNKERSHOECKIUM p).* Quoniam uero figuratae  
 dictionis mentionem iniecimus, non iniucundum  
 erit *αἴραπέρας* usu, quae est allatis a nobis sche-  
 matibus valde affinis, *ULPIANUM q)* iterum ab  
 iniuria uindicare. Quaeritur apud eum, si plures  
 seruos quis rogatus sit manumittere, et ad quorun-  
 dam pretium sufficiat relictum testamento, ad  
 omnium non sufficiat, an cogendus sit quosdam  
 manumittere? Et recte responderet, debere eum

F 5

cogi

n) cap. 121. §. 1. *ꝝ de V. O.* ad quem locum con-  
 sule Ev. Otto in Papin. cap. VI, n. 4. et cap. VII.

n. 7.

o) *Obseru. Succif. Lib. I. cap. 16.*

p) *Obseru. Lib. III. cap. 21.*

q) cap. 24. §. 17. *ꝝ de fideic. libert.*

cogi uel eos, quorum pretium patitur, manumittere. Sed quia ne sic quidem omnis scrupulus exemptus uidebatur, ulterius addidit:

*Quis ergo statuit, qui potius manumittitur? Utrumne ipse legatarius eligat, quos manumittat, an heres est? Et fortasse quis recte dixerit ordinem scripturae sequendum: quod si ordo non pareat, aut sortiri eos oportebit, ne aliquam ambitionis uel gratiae suspicionem Praetor subeat: aut meritis cuiusque allegatis arbitrari eos oportet.*

In uerbis igitur: *an heres est?* uitio laborare Henr. BRENCMANNO r) uidetur τὸ εστί, ideoque procul amandandum. Et abest quoque teste Eodem et Gebauero a plerisque MSS, quod eo magis credibile est, quoniam in antiquis nostris, quorum aliquoties iam mentio facta est, itidem desideratur. Sed haec nihil officiunt antiquae lectioni, quam non ferendam tantum, sed et tollendam existimamus, nec committendum ut Florentina uirgo denuo corrumpatur. Quanquam enim sententia ipsa nihil laborat, siue retineas, siue abiicias, tamen iusti et seueri Interpretis officium postulat, ut, ne in uerbis quidem antiquorum iuris conditorum mutandis nimis se praeflet facillem, ne latius, ut sit, serpente malo, ipsa sententiā uis pessum eat atque corrumpatur. Igitur, cum hic seruari possint uerba, quidni seruemus integra? Possunt uero, si mecum ἀπό κοινού repeatas: *Utrumne ipse legatarius eligat, quos manu-*

r) *not. ad b.l. in Corp. iur. edit. Gebauerianae.*

*manumittat, an heres est, qui eligat?* Sic omnia erunt peruria. Atque ne qua supersit, quae apprehendatur dubitandi ansa, auctorem ex semet ipso illustremus, quo certior sit hic loquendi mos. Ita uero UPIANUS alibi s):

*Si quis crediderit pecuniam et pactus sit, quatenus facere possit debitor, eatenus agat: an pactum ualeat? et magis est hoc pactum ualere, nec enim improbum, et si quis hactenus desideret conueniri, quatenus Facultates t).*

Post *Facultates* repeate ex antecedentibus: *desiderant* i. e. permittunt, quae forma, si quis strigilinam Uplianeam cognitam habeat, non abhorre videbitur ab eius genio. Aliter haec explicat, qui multorum sententias retulit, PÜTTMANNUS u), Doctissimus juris Interpres. Eadem ratione defendat forte quis MARCIANUM w), de lege Cornelia in hunc modum disputantem:

*Qui in rationibus, tabulis, cereisue, uel alia qua re sine consignatione, falso sum fecerint,*

s) cap. 42. *xx.* de *Pact.*

t) Uulgo legitur: *improbum est si quis.* Sed nihil opus est mutare, si interponxeris ut fecimus. Sensus est: *nec enim improbum hoc pactum, et magis est, si quis hactenus rel.* Uulgo legitur: *improbandum est et mox: facultates eius partituntur.*

u) in *Diss. uaria iur. ciu.* capita contin. cap. IV. relata in *EJ. uarior.* Opuscul. Sylloge p. 126,

w) c. i. §. 4. *xx.* de *Leg. Corn. de Fals.*

rint, uel rem amouerint, perinde ex his  
causis, atque si erant falsarii, puniuntur,  
ut post uocem cereisue, subaudiat tabellis. Sed  
non recte dici cereas tabellas, recte obseruauit  
uan Bynkershoeck x), quare, secutus Blaubloominia-  
nam, cerisue substituit, quam lectionem quoque  
notauit PACIUS in margine editionis suae y). Sed  
non opus habemus hac coniectura, et perinde est,  
cereis legas, an ceris. Cereis enim non est adiectiu-  
um, ut cum Grammaticis loquar, sed substantiuum,  
nec uox trisyllaba, sed bisyllaba. Neque uero est  
infrequens, in antiquis praelertim monumentis, et  
ipsis legum uerbis, quae hic agnosco, quaque  
semper aliquid solent commune cum matre Euan-  
dri habere, *E* ante *I* poni, ubi necessitas non  
urgebat. Hoc u. gr. in SCto Marciano z) de  
Bacchanalibus tollendis unoquoque fere uerbo usu  
uenit. Alia exempla larga manu dedit ex pur-  
puratorum ordine olim doctissimus NORISIUS aa),  
et similes αρχαιομον, e Digestis collectos, Cu-  
taciUS bb) et Ge. Casp. KIRCHMAIER cc). At-  
que

x) Obseru. Lib. III. cap. 21.

y) Antiqui tamen nostri editi constanter custodiunt  
Florentinam, etiam in uerbis: sine consignatione,  
in quibus una tantum Parisiensis anni 1510 ha-  
bet: *sive*.

z) apud Eund. BYNKERSHOECK. in Opusc. Diff. II.  
de relig. peregr.

aa) ad Cenotaph. Pisan. Diff. IV. cap. 4.

bb) Obseru. XXIV, 23.

cc) in Elog. et elegant. lat. ICt. Uet. p. 27.

que hac Ueterum ortographia aliis quoque litteris obseruata, persuasum habeo ex Antiquorum scriptis non unum locum a ui maiori et insolentia dictio-  
nis facile uindicari posse. Exemplum dabo uni-  
cum, quod in oculos forte fortuna incurrit.  
Est id e festiuissima PLAUTI dd) Aulularia de-  
prontum, ubi Lar familiaris:

*Jam multos, inquit, annos est cum possideo;*  
ubi sane, si multos annos accipimus pro *multus annus*, nihil int eo mire ad aures accidit, neque egemus GUILIELMI et LAMBINI explicatione, aut Bosii coniectura. Quoties enim *uolt*, *uolgs*, hisque similia sine offendicula legimus? Sed iuuat totum PLAUTI locum adscribere, eumque a mendendo et falsa interpunctione liberare. Sic autem uulgo legitur:

*Ego Lar sum familiaris; ex hac familia,  
Unde exeuntem me aspexitis. hanc domum  
Jam multos annos est cum possideo et colo  
Patrique auoque.*

Eum ego ita legendum censeo:

*Ego Lar sum familiaris ex hac familia.  
Unde exeuntem me aspexitis hanc domum  
Jam multus annus est cum possideo, et color  
Patrique auoque.*

dd) Aulular. Prolog. us. 4.

---

## CAPUT

## CAPVT XII.

*De Brachylogo iuris ciuilis Prae-  
termissa.*

Brachylogi iuris ciuilis, de quo animus est  
breuiter sermonem instituere, a SENCKENBER-  
GIO a) editiones tres recensentur. Prima *Ludou.  
Pesnotii*, cum scriptis Caii, Ulpiani et Paulli  
prodiit *Lugduni* 1559. 8. notulis haud magni  
pretii ipsius editoris instructa. Altera est *Pard.  
Prateii* quae prostat in Vol. V. Corporis iuris,  
quod *Lugduni* 1562. Fol. editum est, a Pesno-  
tiana hinc inde recedens et glossulis haud paulo  
melioribus onusta. Tertia est *Nic. Reusneri Fr. c.  
1590.* 8. uberiore commentario, et, si non ualde  
docto, tamen non inepto ditata. Tribus his,  
post longum satis temporis interuallum, accessit  
*Senckenbergiana Fr. et Lips. 1743.* 4. in qua,  
si penes Editorem fides, integra Pesnotii, Prateii  
et Reusneri commenta habentur, ab illo ipso  
autem praeter sat longum praefamēn, ut uocat,  
nil fere additum est nisi in calce uariorum li-  
belli uarii, consilio, nescio quo, congesti. His  
nuper adiecit litterator et affinis doctissimus *Cph.  
SAXE b)* aliam, Senckenbergio quidem obiter ex  
Reusnero memoratam, nunquam tamen uisam,  
quae hoc epigrammate ornata: *Corpus Legum  
per modum institutionum ab incerto auctore in  
Com-*

a) in *Praef. Brachyl.* §. 2. sqq.

b) *Onomast. litter. Part. II.* p. 537. sq.

Compendium redactum, ex vetustissima Biblioteca, ubi diutius latuerat, nuper inuentum, breuibusque Annotationibus illustratum. — —  
*I*sagoge D. Joannis Appelli in quatuor Lib.  
*Institutionum D. Justiniani Imperatoris per Dialogum. Louanii 1551.* 8. prodiit. Ea prin-  
ceps omnium hucusque habita est. At non con-  
tentus fuit haec indicasse V. Cl., sed post Sencken-  
bergium, qui, ut libelli dotem augeret, eum  
Imp. Justiniani II. temporibus vindicare fustinuit,  
altius in auctorem inquisuit, tandemque in hac  
constitit sententia, ut ipsum illum *Jo. Apellum*  
huius partus parentem statueret. Et sane huic  
coniecturae magnum pondus accessit ex iis, quae  
ex Praefatione et Dialogo ipso in medium protulit,  
quae mirae inconstantiae hominem reum postu-  
lare uidentur. Super idem argumentum nuper  
differuisse et Saxii auctoritatem sua firmasse Lipsien-  
sium Antecessorem Celeb. PÜTTMANNUM c) fama  
tulit. Sed cum istae plagulae ad manus nostras,  
quod dolemus, haud peruererint, quibus argu-  
mentis usus sit dicere nequimus. Res igitur cum  
Cl. SAXIO nobis tantum erit, uerum non quasi  
cum hoste, sed ueluti cum necessario, nec refu-  
tandi animo, sed ut dubia, quae me distractum  
tenant, aut ab illo, aut ab aliis quibus maior  
quam mihi librorum copia est, e medio tollantur.  
Dubitatio autem oritur tamen ex persona *Jo. Apelli*,  
quam ex eo, quod, si non plures, certe una anti-  
quior *Louaniensi* extat Brachylogi editio, quae  
splen-

c) *Miscellaneorum ad ius pertinencium Specim. II.*  
*Lipf. 1785. cap. VII.*

splendidis uerbis se' primam iactat. Refert autem typographus Louaniensis, teste Saxio: *commodum ex Gallia in manus eius incidisse, quod nunc daret totius iuris Compendium, seu potius prima clementa.* Quid? si haec narratio uera? Reipsa enim exstat Brachylogi editio Gallica paucis annis ante edita, quam miraberis tot uiros doctos latuisse. Locum ea sibi uindicat in editione praestantissima sed non ubiuis obuia Corporis iuris Justinianei, quae apud fratres Sennetonios *Lugduni ab a. 1549—50. Voll. V. Fol.* prodiit, ibique deprehenditur uolumine quinto Institutionibus subiecta, nouo quideam titulo haud ornata, attamen non currentibus, quod aiunt, paginis, sed a prima incipientibus, hoc elogio instructa:

*Corpus Legum per modum Institutionum, ab incerto authore in compendium redactum, ex uetusissima Bibliotheca, ubi diutius latuerat, nuper inuentum quod in studiorum iurisprudentie gratiam et utilitatem in lucem nunc emissum est.*

adeoque eodem fere titulo ac Louaniensis. Emissum autem est hoc Corpus, uti constat ex praefatione ultimo folio Institutionum inscripta, *Lugduni 1548,* uel si primo Institutionum folio credimus *a. 1549;* quae diuersitas ita conciliari posse uidetur, ut illo anno typis excusae sint Institut. hoc demum publici iuris factae. Haec igitur princeps omnium, quae huic innotuerunt, editio esse uidetur, id quod ex ipsa quoque Praefatione patescit, in qua dicitur, *nunc primum ex carioso exemplari in publicum exire.* Idem in Praefatione Institutionum

tionum sic effertur: *D. Justiniani Imp. Institutiones, quasi cumulatioris fructus futuri primicias nunc proferimus, una cum libro nunquam antehac excuso epitomen iuris complectente, et compendiariae institutionum formae ac materiae non absimili ut indicat etiam operis ipsa inscriptio haec Corpus Legum per modum Institutionum.* Et in titulo Instit. haec inter alia habentur; *Accessit Corpus Legum nunc primum, et nunquam antehac editum.* Adiectae conspiciuntur passim in margine notulae auctoris nomine non addito, reuera autem PRATEII, ut non inuercunda coniectio sit, eundem Uirum doctum curasse totius Corporis iuris Sennetoniam editionem. Ceterum si contextum ipsum spectes, in multis ille abit a Senckenbergiano, sed uariae illae lectiones eius sunt momenti, ut non debat non unumquemque patientiae in conferendo collocandae poenitere, praesertim cum totus libellus non uideatur multum utilitatis cuiquam allatus. Quum tamen unam alteramue horam conferendo olim perdiderim, quoniam suspicio inde oriri potest, quae in subsequentibus editionibus periuntur lectiones ex alio MS. libro enatas esse, et quo alii a frustaneo labore absterreantur, uariae lectionis, omissis plane inutilibus, aliquot specimina dabimus. *Libro igitur primo cap. 1. §. 2., sequor autem nouissimam, loco: voluntas suum cuique Sennetonii recte habent: ius suum unicuique.* Mox cap. 2. §. 1. male exhibit *filiorumque in uicem liberorumque, ita quoque cap. 3. §. 3. loco in liberorum pessime in liber-*

G

torum

torum legitur. cap. 9. §. 3. Sennetonii secundis nuptiis sē int̄estauit produnt, cum alii habeant infestauit. Et illud quidem nihil est. Ex corrupto tamen uocabulo quilibet facile coniiciet legendum esse incestauit, quo uerbo passim non iuris tantum conditores utuntur d), uerum alii quoque scriptores. Uox infestare est uox maxime barbara et aliena ab hoc auctore, qui sic satis eleganter loquitur. cap. 10. §. 6. a Senneton. integra uerba: minor enim natu maiorem adoptare non potest, exulant. cap. 11. §. 5. Uerba: ea ita demum plenius nostri enunciant: Hac autem capitis diminutione ita demum. cap. 14. §. 1. absunt: Sed nec magistratus — uacare debent.

**Sed** satis est nugarum, et uel ex his constabit, ex **hoc** fonte non nisi turbidos riuulos duci posse, ac quidquid sit uariarum lectionum, id fere deberi ignorantiae insipientis scribae aut typothetae, uel carioso et manco MSto. Quorsum autem haec omnia? Scilicet dicamus Prateium et Sennetonios furtum in Louaniensi fecisse, aut huius editorem in Sennetoniana? an uero utraque antiquiorum extare, ex qua ambo mutuum sumferint? Sed non puto. Interim nihil definio, sed iudicium aliis relinquens, solemne illud *non liquet* et amplius deliberandum pronuncio.

Altera dubitatio ex persona *Apelli* eiusque *Dialogo* originem trahit. Narrat SAXE V. Cl. eum in Academia Louaniensi iussu Caroli V. Imper. iuris ciuilis Romani litteras docuisse, idque argumento ipsius

d) u. gr. cap. 3. Cod. Theod. de sepulcro uiol.

ipsius Dialogi. Rem non nego, sed fateor su-  
spectum mihi fieri illum librum. Nihil enim de  
hac re alii, quin Apellum narrant Norimbergae  
1486 natum, eodemque loco 1536 mortuum iu-  
ris antecessorem *Witenbergensem* fuisse e). Quod-  
si uerum est, eum a. 1536 ei uiuis decessisse, ea  
res poterit ad detegendum uerum quam maxime  
idonea esse. Aut enim ille uiuus Ilagogen suam  
in publicum emisit, aut post mortem ab aliis de-  
mum edita est. Sin uiuus adeoque ante a. 1536.;  
quare eum fraudis arguamus causa nulla est; neque  
enim sibi ipsi contrarius est, quando refert, Brachy-  
logum sibi *apud mare Balticum et sinum Codanum*  
*in bibliotheca quadam corrosum et pulueri-*  
*bus bene obstitum repertum esse.* In culpa tunc  
erunt et mendacio Sennetonii et Louaniensis, im-  
pudentissimum mimum agentes. Sin uero Apel-  
lus uiuus nihil dedit, Sennetonii autem primi Bra-  
chylogum dederunt, rursus nihil obstabit, quo-  
minus eorum uerbis fidem adhibeamus et Apellum  
fraudis absoluamus. Solus typographus Louaniens-  
is reus erit, qui, quo uendibilior merx euaderet,  
Dialogo Apeliano adiecerit Brachylogum desumptum  
ex Sennetoniana, et in Dialogo quaedam calumnia  
ueri imperite mutauerit et adiecerit proprio motu.  
Hoc certe in his tenebris ex disputatiuncula nostra  
recte nobis colligere uideinur, omnes tres neque  
accusari uere, neque absolui posse; uiam Loua-  
niensem infontem non esse, esse uero aut Apellum

G 2

aut

e) *Uid. Jöchers Gelehrten Lexicon b. n. et Abelung's  
Fortsetzung zu Jöchers Gelehrten Lexico b. n. ibi-  
que laudati.*

aut Sennetonios. Illud porro efficietur, ut, si aut hi, aut ille culpae expertes sint, Brachylogus vere ex antiquo Codice manauerit, quoniam quilibet bonus praesumitur et fidem meretur, nisi contrarium probetur, atque ut hic partus non obscuri cuiusdam Icti saeculi XVI sit. Tantum uolui. Neque enim, qui uires meas bene noui, hoc mihi sumferim, ut uel auctorem, uel aeratem libelli me definire posse putem. Felicioribus aliquid relinquendum est ingenii et temporibus, iis praesertim, quibus decusso bibliothecarum puluere, tandem aliquando latentes inter carbones thesauri in lucem publicam protrahentur.

Praeter has sex editiones, septima quoque, recentior quidem sed non minus incognita extat, adiecta Corpori iuris quod ex officina *Hugonis a Porta* *Lugduni* 1575 forma maiori prodiit, Volumine V. p. 499. *fqq.* Plane illa efficta est ad editionem Sennetonianam, nisi quod nomen *Prateii* hic in fronte statim offenditur.

Superpondii uice addam, utroque loco exhiberi Institutiones Gaii, quas quidem editiones, quantum ego scio, neque Schultingius, neque Meermannus, aut Bachius, aut aliis quisquam memoriae prodidit. Sed quantum quidem ex perfunctoria collatione sensi, nihil aut parum a MSS. libris traxerunt, quare deterritus a studiosiori inspectione consulto abstinui.

---

## CAPUT

## CAPVT XIII.

*De uera Scti Claudiani sententia  
ad Taciti Annal. XII, 53.*

Senatusconsulti Claudiani, quod a Claudio Imperatore, ad cuius orationem factum est, non a Pallante, eiusdem repertore, ut quidam perpetram putarunt, nomen traxit, praeter iuris conditores, in primis meminit TACITUS a). De cuius quidem uerbis cum admodum inter se pugnantes sint doctorum uirorum sententiae, ea uti hodie leguntur, hic adscribere et curatius considerare non pigebit. Sunt autem haec: *Inter quae refertur ad patres de poena foeminarum, quae seruis coniungerentur: statuiturque, ut ignaro domino ad id prolapsae, in seruitute; si consensisset, pro libertis haberentur.* Ita fere diuinauerat olim RHENANUS, cui coniecturae a Lipsio e Cod. Farnefiano confirmatae, sauere optimos libros, testes sunt locupletissimi Jac. GRONOVIVS et ERNESTI. Assenserunt e ICTis summi uiri Jac. CUIACIUS b), Anton. SCHULTING c), Euer. OTTO d), Jo. Dan. RITTER e), Jo. Aug. BACH f). Sed, ut fieri afolet, nec defuerunt

G 3

qui

a) *Annal. Lib. XII, cap. 53.*

b) *Observatt. Lib. XXI, cap. 16.*

c) ad PAULLI Sentent. rec. Lib II; Tit. 21, §. 1.

d) ad §. 1. Inst. de success. sublat.

e) ad HEINECII Histor. iur. §. CCXVII

f) *Hist. iur. p. 363. not. c.*

qui hanc lectionem, tanquam adulterinam omni-  
que ratione destitutam e possessione sua deiicerent,  
contra uero beneficio quasi praetoris in integrum  
restituerent, et e tenebris reuocarent antiquam il-  
lam dudum explosam et paene obliteratam, quae  
huius est tenoris: *statuiturque, ut ignaro domino*  
*ad id prolapsae in seruitutem consenfissent, et qui*  
*nati essent pro libertis haberentur.* Ex horum  
numero sunt, non minoris famae et eruditionis  
uiri, *Bern. WALTHER g), Jac. GOTHFREDUS h),*  
*Pagan. GAUDENTIUS i), Vincent. GRAUINA k),*  
*Petr. BURGIUS l), et ex professo Ge. ARNAL-*  
*DUS m).* Incertus quid sentiat est *Petr. FABER n),*  
nondum enim inuenta erat et prolata Farnesiana  
lectio. Ponderatis autem quae ab utraque parte  
proferuntur, argumentis, Lipsium sequi consultius  
existimo. Ut uero, qui mihi scrupuli in elegan-  
tissima ARNALDI, cuius argumentis in primis oc-  
currendum est, disputatione haeserint, iuslo ordi-  
ne enumerem, non incongruum esse putaui, eap-  
dem quam ille praeiuit uiam presso pede sequi, ut  
primum de Lectione Lipsiana, deinde uero de  
antiqua, quae illam praecepit, dispiciam,

Prin.

g) *Miscellan. Lib. I. cap. 10.*h) ad cap. i. *Cod. Tb. ad Sct. Claud. (IV, 9.)*i) *Jurid. Expos. Lib. I. cap. ii. ap. OTTON. Thef. Tom. III.*k) *Orig. iur. ciu. Lib. III. cap. 31.* Sed Cf. ibi  
*MASCOVIIUM.*l) *Elector. cap. 8 in OTTON. Thef. Tom. I.*m) *Coniectur. Lib. I. cap. 20.*n) *Sewestr. Lib. I. cap. 25.*

Principio autem de primo SCti membro, non est quod multis agam. Ante quidem tempora Claudi in faeminas, quae seruos alienos in suos pellegerant amores, serui corrupti nomine animaduertebatur. An ex Lege Aquilia, nondum satis liquet, certius est edicto Praetorem eiusmodi actionem proposuisse o). Sed post hoc SCtum nemini dubium fuit, mulieres in iusto domino seruili amore debacchatas, libertate priuatas fuisse. TACITUS quidem dixit *ignaro*, quod de iuris rei intelligendum esse recte monuit SCHULTING d.l. Non aliter autem in feruitatem redigi poterant, nisi post trinam denunciationem, excepto casu si mulier ingenua se sciens seruo municipum p), aut actori seu procuratori q) coniunxit, tunc enim etiam eitra denunciationem ancilla fiebat. Neque uero aduentiendum uidetur magno CUIACIO, GAUDENTIO r), aliis, qui trinam denunciationem a sciente tantum, non ab ignaro, exigi contendunt, argumenta repetentes ex silentio Impp. Constantini et Valentiniani s). Hos enim obiter tantum retu-

G 4

lisse

o) Vid. Claud. CRIFFLET, de secundo cap. L. Aquil. ap. OTTON. d.l. Tom. V. FRANCKE in Comment. de Jurispr. Tiberii Claudi cap. 4.

p) PAULLUS d.t. §. 14

q) arg. cap. 4. Cod. Tb. d.t. ubi uidesis GOTHO. FREDUM.

r) Eidem enim sententiae, praeter SALINERIUM ad d.l. Taciti, facit Petr. FABER in notis ad CUIACII Paratitla ad cap. un. Cod. Iust. de SCt. Claud. toll.

s) in cap. I et 5. Cod. Th. d.t.

lisse poenam, atque ideo, non quidem tanquam superuacaneum tacuisse denunciationis ritum verisimilis est ARNALDI conjectura t). Uerior forte cui uideri poterat GOTHOFREDI opinio, coniicientis per d. cap. 5 et 6. denunciationem ea tempestate non amplius exspectatam fuisse, quamuis ARNALDUS hanc quoque sententiam reiiciendam putarit. Perfecta ita coram septem testibus ciubus Romanis, nam et hoc requirebatur, certe posteriori tempore, quo actus legitimus euaderet u), tria denunciatione, seu *admonitione legitima v)*, dominus rem, ut erat, ad Praefectum urbi, uel si in prouincia agebatur, ad praefidem x) referebat, a quo ipsi adiudicata, et ut ait Imperator y), ad natalium decotionem coacta, una cum capite omnia,

t) Idem tamen iam olim suboluerait SCHULTINGIO l. c.

u) THEOPHIL. ad §. i. *Inst. de success. sublat.* et *INTERPRES cap. 2.* Cod. Th. d. t.

v) Secundum cap. 10. Cod. Th. de murileg. (X, 20.)

x) PAULLUS quidem § 17. meminit tantum Praefidis, sed excidisse uerba: *Praefecti aut Praefidis, non sine ratione suspicatur SCHULTING ad b. l.* THEOPHILUS certe generaliter εὐφανεία, inquit, επωοιου τας παραιγγελιας επι του αρχοντος, quod satis liberaliter uerit CERTIUS: proferebam denunciationes meas apud Praetorem aut Praefidem.

y) cap. 3. Cod. Th. ad SC. Claud.

omnia sua bona in eum transferebat z). Sed sufficiat, haec breuiter relegisse.

His igitur praemissis ad alterum SCti mem-brum progredimur, in quo de poena foeminae, consentiente, uel certe non obnunciante domino-seruili amore aestuantis exponitur. CUIACIUM sci-liset supra iam monuimus censere mulierem hoc modo sese proslituentem libertam factam esse, ARNALDUM autem negare. Est uero argumenti, quo hic nititur, haec fere praecipua uis: *Uerum esse non posse, eam, quae consentiente domino seruo eius se coniunxerat, seruam libertamue fieri, quia ob damnum, quod domini percipie-bant, dum seruorum opera, muliercularum amo-ribus inseruientium, carere debebant, tam seuere in istas mulieres animaduertendum Senatus cen-suerat: uolenti autem non fieri iniuriam, adeoque ipsum sibi dominum, qui consensem praebuerat, hoc imputare debere.* Sed dubito, ut uerum hoc sit. Ea enim a remotissimo inde tempore fuit Ro-manorum in tuendis bonis mulierum moribus cura, ea sollicitudo et paene anxietas in conseruanda pudicitia, ut omnino uiderentur imis animi re-cessibus infixum habuisse, sapientissimum illud Phi-losophi effatum, quod *honestatem aut solam ex-petendam, aut certe omni pondere grauiorem ha-bendam, quam reliqua omnia, praecipit aa).* Ipse enim Romulus iam edixisse perhibetur bb),

G 5

ne

z) §. 1. *Inst. de succ. subl.* ibique THEOPHIL. in *Paraphras.*

aa) CICERO *de Offic. Lib. III. cap. 8.*

bb) a PIUTARCHO in *uita Romuli p. m. 20.*

ne quis praesente faemina turpe quid loqueretur, et ut a uini haustu se abstinerent mulieres *cc*), ne in dedecus aliquod prolaberentur, quia proximus a Libero Patre intemperantiae gradus ad inconcessam Uenerem esse consuevit *dd*). Eandem quoque sententiam reliquis deinceps regibus sedisse peruulgatum est. Nec uero reipublicae liberae tempestate, quanquam laxiores in dies fieri consuevissent muliercularum mores, aliter sensisse optimos quosque, tot ueterum instituta et leges testantur. Quin sub ipsis adeo Imperatoribus, licet fere communis uirorum pariter ac mulierum uideretur uox haec lenonis Plautini *ee*):

*Nimio id quod pudet facilius fertur, quam illud quod piget;*

hic tamen honestatis sensus adeo non penitus exoleuit, ut potius ipsis illorum animis insidret, quorum curae summa rei concredita erat, uerumque ipsa re deprehenderetur, eos, qui sibi ipsis foedissima quaeque condonabant, eadem in aliis ferre nequiuuisse. Ipsum quidem Augustum, utut non omni labore carentem et de furtiuo amore in Maecenatis uxorem suspectum, scimus Legem Julianam de adulteriis tulisse. Neque uero hac lege solummodo zelotypiae maritorum prospexit, sed pudicitiae omnino, dum stupra quoque ex eadem acerrime vindicari constituerit *ff*), Claudium etiam

*cc) PLINIUS Hist. Nat. Lib. XIV, cap. 13.*

*dd) VALER. MAXIM. Lib. II, cap. 1.*

*ee) PLAUTUS Pseudol. I, 3, 47.*

*ff) §. 4. Inst. de iudiciis publ. Vid. Jo. Guil. HOFFMANN ad L. Jul. de adult. cap. IV. §. 11. et latius disputantem de LL. antiquis ad conferuandam castitatem cap. I. §. 2. sqq.*

etiam nostrum, quanquam, ut ait TRANQUIL-  
LUS gg), in cognoscendo et decernendo mira ua-  
rietate animi eset, mulieribusque admodum dedi-  
tus, reperimus tamen seuerissime et cum indigna-  
tione adeo in libidinosos animaduertentem hh).  
Quibus omnibus probe consideratis, nescio, an di-  
cendum sit, eundem hoc SCto pudori sexus ca-  
uere uoluisse, ne quae deinceps mulieres turpis-  
simo seruitorum amori se dederent. Et quamuis  
dominis quidem in eiusmodi seminarum libera-  
rum seruiles amplexus consentientibus non fiat iniur-  
ia, nihil tamen minus has iisdem non sine ra-  
tione libertas addixisse uidetur Senatus. Paucos  
enim fuisse, qui sponte consentirent, ueri admo-  
dum est simile, multo autem plures, qui aut con-  
fuetudine, aut alio quoconque necessitudinis genere  
mulieri isti eiusue cognatis iuncti, non auderent  
obnunciare, quamuis uel maxime reprobarent  
seruilem istum abiectumque amorem, quique adeo  
necessitate quodammodo coacti, damnum in seruis  
inuiti paterentur. Quodsi igitur dicendum quod  
res est, uidetur certe conjectura illa, de qua supra  
retulimus, licet ingeniosissima, non tamen tantum  
ualere, ut alii palman praeripiatis, quae aequi mi-  
nimum bene, ne dicam melius, consilio reliqua-  
rum et omnino ueterum Romanorum ingenio  
conuenit. Quicquid sit, iudicium esto penes  
doctiores. Sed ne cui forte injuriosus uidear ob-  
treccator, silentio praeterire nefas duco, quae ad  
firmandam sententiam suam ab auctore doctissimo

in

gg) SUETON. in Claud. cap. 15.

hh) IDEM ibid.

in medium afferuntur argumenta. Is igitur, *Senatum*, inquit, *tantum dominis consuluisse, neutquam dedecus muliebre vindicasse, manifestum inde est, quod mulier quaecunque impune proprio seruo concubuerit.* Contra quae ita disputata putaret forsan quis hoc ideo factum esse, quod ipsa sibi obnunciare non potuerit. Uerum haec dubitatio parum habet quo se commendet. Nam legislator, quominus alia poena harum mulierum amores, quasi septo aliquo, circumdaret inque eas animaduenteret, quis quaeſo erat qui prohiberet? Mihi alia haerent, quae ancipitem relinquent animum. Dixit quidem ARNALDUS, mulieres has, quae ſe propriis iunxerunt seruis, nulla affici poena. Unde uero hoc conſtat? Multa enim silentur a priscis scriptoribus, in primis historicis, quibus sat est, uel summa legum capita in transcurſu indicasse, quae tamen constituta et in uolum deducta fuiffe nemo ignorat. CONSTANTINUM ii) certe ſcimus grauiſſime, imo crudeliffime ad populum ita ſcripſiſſe: *Si qua cum seruo, (intellige ſuo, quod additur in Codice Justinianeo) occulte rem habere detegitur, capitali ſententiae ſubiugetur, tradendo ignibus uerberone.* „At haec, dicet quis, Constantini ſunt, ideoque hoc ipsum Claudio oratione iam conſtitutum uix uideri potest, quum, ſi fuerat, opus non fuiffet noua Constantini ſanctione.“ Sed nouum non eft, eandem rem uariis Imperatorum edictis et SCtis ordinatam eſſe.

Ita

ii) cap. un. Cod. Th. de mulierib. quae ſe ſeruis proprie. iunxerunt. (IX, 9.) cap. un. Cod. Justin. Eod.

Ita quod in SCto Uelleiano accidisse notum est *kk*), idem etiam in hoc ipso argumento evenit. Nam quod hac Claudii oratione constitutum fuit de muliere libera serua facta, idem postea non tantum a UESPASIANO *ll*), uerum quoque ab ipso CONSTANTINO M. *mm*), et a VALENTINIANO, UALENTE et GRATIANO *nn*) Imp. repetitum est. Sicuti ergo ex his adparet, ex Constantini sanctione, de libera muliere proprio se iungente capite plectenda, minime confici, id ipsum antea SCto Claudiano non fuisse constitutum: ita, si quid video, ex eo, quod certissime constat, Constantinum repetiisse et denuo sanxisse, quod isto SCto de muliere libera alieni serui amore percita dispositum erat, non leuis oritur coniectura, alterum illud, quod Constantinus de muliere proprio seruo se miscente statuit, itidem et perinde ac prius, quamvis mitiori magisque humana poena, Claudii oratione iam fuisse comprehensum, maxime cum in primo illo capite quoque nullam huius orationis mentionem fecerit, sed, quasi nouam condere legem, loquutus sit. Ut ut se res habeat, nolo hanc meam qualemcumque coniecturam cuiquam peruicaciter obtrudere, nec, si displicerit, multum repugnabo. Nam, ne reiecta quidem eadem, rem desperatam deserendamque putarim. Etenim  
fi

*kk*) cap. 2. *ω.* ad SC. Velleian.

*ll*) SUETON, in Uespaf. cap. 11. ita enim cum TA CITO l. c. conciliari debet.

*mm*) cap. 1. Cod. Tb. ad SC. Claud. (IV, 9.)

*nn*) cap. 6. Cod. Tb. Eod.

si a ueteribus ingenuae propriis se se seruis turpiter committentes nulla adfectae sunt poena, ratio uidetur in dominio potius esse, quam in neglectu legum quaerenda. Quodsi autem dominis, de quo dubitari non potest, propriis ancillis inhonesta libidine abuti licebat, quare mirandum foret, leges parem etiam mulierum dominarum turpitudinem impune tulisse? <sup>oo)</sup> Sed haec ualent de ancillis seruisque uolentibus se turpi dominorum dominarum libidini dare. Quid uero si repugnarent? Num domini dominae eos easue ad impudicum facinus in inuitos inuitasque adeo perpetrandum compellere ius erat? Id impune sub paganis principibus factum contendit inter alios diuini plane ingenii et eruditionis vir GROTIUS <sup>pp)</sup>, negat autem nec de remotissimis adeo temporibus concedit ARNALDUS <sup>qq)</sup>. Inter tantos viros item dirimere, quanquam non sit mearum partium, tamen si dicendum foret, cuinam me addixerim, subtimidus responderem, me neutri me iungere malle, et medium intercedentem miscellionis personam induere. Nimirum prisco aeuo, cum reliqua omnia impune in seruos committere dominis permitteretur, cumque nullis fere legum vinculis impediti in mancipia sua saeuire possent, hanc quoque comprimendi ea et ad Uenerem furtiuam ui adigendi licentiam, <sup>iis-</sup> dem

<sup>oo)</sup> Vid. HOFFMANN *I. c.* cap. IV. §. 3.

<sup>pp)</sup> in *Florum Sparsione ad c.* Si Dominus *z. w.* de his qui sui vel alien. iur.

<sup>qq)</sup> *Diff. de iure servorum*, cap. 10. annexa Ejusdem  
Coniectur.

dem fuisse crediderim. Sub Antonino demum Pio, cum iam uariis legibus dominorum saeuitia coercita esset, uidetur haec prauitas seruos ad obsecratitatem detrahendi sublata esse. Cuius quidem rei testis grauissimus est ULPIANUS rr) aperte scribens: *Si dominus in seruos saeuierit, uel ad impudicitiam turpemque uiolationem compellat: quae sint partes Praesidis ex rescripto Diui Pii ad Aelium Marcianum Proconsulem Baeticae manifestabitur.* In quibus uerbis GROTIUS agnoscit emblema Triboniani, quamuis hac medicina carere posse nobis uideamur, si tempora distinguantur. Nec uero haec in mancipia lenitas, iustitiam potius dixeris, abhorret ab ingenio Antonini. Eundem enim scimus uoluisse seruos, non nisi in ipso facinore deprehensos, necari ss). Sed haec obiter. Nunc eo reuertor, unde disputatio egressa, reliqua iam ARNALDI argumenta propositurus.

Senatum igitur, pergit, non cogitas de honestate foeminarum, patet porro ex his PAULLITT) uerbis: *Si patrona seruo liberti sui se coniunxerit, etiam denunciatione conuentam ancillam fieri non placuit, et ex his ui): si mater seruo filii se iunxerit, non tollit SCtum Claudianum erubescendam matris etiam in re turpi reuerentiam, exemplo eius, quae se seruo liberti sui coniunxe-*

rr) cap. 2. §. 1. w. de his qui sui uel al. iur.

ss) cap. 53. §. 3. w. de Legat. I. cap. 96. w. de U. S.

tt) Recept. Sent. II, 21. §. 13.

uu) Ibid. §. 16.

*coniunxerit uu).* At, si quid video, his ipsis in uerbis ICTus clare ostendit causam cur ad utramque speciem non pertingat SCtum. Scilicet cum ab una parte honestati non esset consentaneus amor patronae, uel matris, ab altera contra eidem honestati et reuerentiae aduersaretur quam maxime, eam filii aut liberti seruam fieri, Romani putarunt, illam hac uinci, ideoque impunem maluerunt esse foeminam cestro illo percitam atque abreptam, quam naturalem *soeyn* laedi, aut debitam reuerentiam minui. Idem etiam de reuerentia libertorum ualeat.

Restat denique ut de ultimo, quod contra hanc honestatis aestimationem adfertur, argumento paucis edisseramus. Id uero reperiri putant in eo, quod, cum Senatus censeret, libertam si ignorante patrono seruo se alieno coniunxerit, ancillam patrō effici *xx*), idem tamen in statu suo retineret illam, *quae serui patrōi contubernium secuta est, etiam post denunciationem yy*). Uerum huic quoque obiectioni obicem ponere ICTus uidetur hac adiecta ratione: *quia domum patrōi uidetur deserere noluisse*. Et constat sane, Romanos non tam rigidos fuisse pudicitiae libertinarum censores, quam quidem ingenuarum.

Ex

*ww) De conjectura ARNALDI legentis: quae se suo seruoue liberti coniunxerit, nihil dico, cum ipse eam non magni fecisse uideatur.*

*xx) PAULLUS loco supra allato §. 7.*

*yy) Idem PAULLUS d. l. §. 11.*

Ex iis autem, quae supra attulimus de studio ue-  
terum, pudicitiam et bonos mores inter ingenuas  
seruandi, si, idem quoque in hoc SCto spectatum  
seruatumque esse, probatum dedissemus, de quo  
quidem suffragium ferre doctiorum est, nonnihil  
forte ponderis adiicerent uerba CONSTANTINI zz)  
dicens, liberam mulierem amoris in seruos fu-  
rore perculsain, ideo in seruitutem detrudi, *quod*  
*immemor* sit honestatis aaa). Sed nec hic silentio  
practereunda sunt, quae ingeniose oggeruntur ab  
ARNALDO, uidelicet, *Constantinum M. non adeo*  
*ex natura rei et iuris principiis desuntam, at-*  
*que oratoriam, quod illis Orientis Imperatoribus*  
*admodum familiare, rationem dedisse.* Quod  
quidein saepissime factum esse nullus nego, hic an  
idem sit statuendum dubito, in contrariam partem  
non inepte uocaturus SUETONIUM, cui historicō  
adeo de hac re referenti ille Orientis Imperatorum  
loquendi mos obiici non potest. Is autem, ubi de  
hac re sub Uespasiano Senatum decreuisse dicit, di-  
serte id tribuit studio libidinis et luxuriaie inualecen-  
tis coercendae bbb). Multo autem magis CUIACII  
sententia, cui quantum tribuendum existimem ante  
commemorauit, firmari uidetur hisce PAULLI ccc):  
*Ad filiam ancillam uel libertam ex SCto Clau-*  
*diano effecitam legitima matris intestatae here-*  
*ditas*

zz) cap. 1. Cod. Tb. ad SC. Claud.

aaa) cap. 1. Cod. Tb. ad SC. Claud. (IV, 9.)

bbb) SUETON. Uesp. cap. II.

ccc) Recept. Sent. Lib. IV, tit. X, §. 2.

ditas pertinere non potest: quia neque serui, neque liberi matrem ciuilem habere intelliguntur. *Jac.* quidem GOTHOFREDUS *ddd)* aliquis nonnulli interpretum, haec uerba non tam de muliere ipsa, quae se seruo alieno iunxit, capienda coacta ratione dicunt, quam de filia eiusdem. Quam quidem explicationem si recte intelligo, quaestio a *ICto* proposita haec foret: an mulieris, quae consentiente domino cum eius seruo rem habuerat, intestatae hereditas, pertineret ad filiam ex isto concubitu libertam. *Jac.* autem CUIACIUS, quem sequitur *Petr. BURGIUS* et *Noster*, intelligenda haec censem, de muliere quae ex *SCto* ancilla facta, postea autem manumissa et libertate donata est. Mihi quidem rectissime hunc locum interpretari uidetur *SCHULTING* de ea, quae seruili contubernio non abnuente domino polluta, liberta facta est. Haec enim expositio omnium facillima est, nec duri quidquam continet. Binae uero priores longius repetitae sunt, et altera earum praeterea aliud habet, quod non bene uerborum proprietati conuenit. Quomodo enim dici potest serua eiusmodi manumissa, liberta facta ex *SCto*, cum potius ex beneficio et uoluntate domini talis euaserit?

Nec uero multum auctoritatis accederet partibus Arnaldi, si quis negare uellet, Senatum castitatis mulierum ullam habuisse rationem, exemplo earum, quae fiscalium seruorum contubernio] coniunctae, nullum tamen ingenui flatus damnum sustinerent *eee)*. Hanc enim lenitatem in foeminas tribuen-

*ddd)* ad cap. 1. *Cod. Tb.* d. r.

*eee)* cap. 3. *Cod. Tb.* ad *SC.* *Claud.*

tribuendam edicto demum *Constantini* scimus, ex quo insuper constat, ius uetus multo durius fuisse et rigidius, quippe quod nullam nec ignorantiae ueniam tribuerit, nec aetati. Atque hic hactenus quidem de lectione *Lipstiana*.

Ad alteram *antiquam* mihi conuersuro, disqurendum erit, liberi ex muliere, quae cum seruo illegitimum inierat contubernium ideoque seruitutis iugum subierat, procreati, ex SCto libertini sint, nec ne. Quam quidem disputationem quo rectius instituamus, non iniquum nobis sumississe uidemur locum, ad eas, quae de statu quaestiones iactantur, ordine eo, quem uariae temporum uicisitudines praemonstrant, in unum collectas, quasi in tabula aliqua depingendas. Statum autem hic dicimus libertatis, cuius nempe is erat honor, ea uis atque auctoritas, ut, pendente lite prius de liberali causa cognosceretur, quam de crimine consituereatur *fff*). Ante omnia autem tenendum: generale hoc omnium temporum *αξιωμα* placuisse ueteribus, eos qui nascuntur, matrum conditionibus uti *ggg*), unde notissimum illud effatum: *partus sequitur uentrem*. Prisci porro iuris conditores tempus natuitatis spectabant, adeo ut si libera conceperit, postea ancilla facta pariat, qui inde nascatur, seruus sit. Cuius quidem rei

H 2

testis

*fff*) cap. 1, 2, 3, 4 et 6. Cod. *Just.* de ordin. cognit.

*ggg*) cap. 28. et ult. Cod. *Just.* de liber. caus. cap. 7.

Eod. de R. U. *ULPIAN.* tit. *V.* §. 5. cap. 24. *et de stat. hom.*

testis dignissimus est GAIUS *hhh*) in Institutionibus, ubi, *Regula iuris*, inquit, *hoc continet, ut qui — — non de legitimo matrimonio concipiuntur, statum sumant eo tempore, quo nascuntur.* Mox autem haec res uehementer immutata est. Jam enim HADRIANUS hanc normam in nonnullis deferuit, ueluti in mulieris ad ultimum supplicium damnatae partu *iii*), alii autem deinceps maluerunt conceptionis tempus spectari *kkk*), uel potius, libertatis fauore inducti, nullum certum et unicum tempus praestituerunt, sed partum librum esse uoluerunt, modo mater uel momento conceptionis, uel editionis, uel denique intermedio libera fuerit, hac addita ratione, *quod calamitas matris non debeat nocere ei, qui in uentre est III*). Quibus quidem omnibus consideratis, nemini dubium esse potest, SCti tempore liberos, quos mater ingenua conceperat, post in seruitutem delapsa ediderat, seruos fuisse. Atque hoc spectare uidentur uerba CONSTANTINI *mmm*), saepe iam laudata: *Si qua mulier suae fit immemor honestatis, libertatem amittat, atque eius filii serui sint domini, cuius*

*bbb) Instit. Lib. I. tit. 4. §. 9. cui adde UPIAN. tit. 5. §. fin. et NERATIUM in cap. 9. 2. ad municip.*

*iii) cap. 18. 2. de stat. hom. Vid. SCHULTING ad GAIUM loco memorato.*

*kkk) cap. 4. Cod. de poen.*

*III) MARCIANUS cap. 5. §. 2. 2. de stat. hom. pr. Inst. de ingeu.*

*mmm) cap. 1. Cod. Th. ad SCt. Claud.*

*cuius se contubernio coniunxit.* ARNALDUS quidem legendum censet: *cuius serui se contubernio coniunxit*, tum quod *contubernium* seruum denotare non putet, tum quod ex ipsius sententia nihilominus obscura maneret oratio. Sed modo de priori in contrarium conueniat, posterior haec *αρμοδολία* adeo leuis est, ut nemini scrupulum iniicere posse videatur. A linguae autem latinae ingenio non abhorrere, *contubernium* pro seruo dici, exinde colligo, quod *matrimonium* nonnunquam ueteres dixerint pro *uxore*. Apposite sane hanc in rem TACITUS *nun*), *matrimonia ac pecunias hostium praedae destinare*, dixit. Neque HEINECCIUS *ooo*) consummatisimus ICtus dubitauit, huius ipsius loci auctoritate ductus, contubernii uoci hanc, quamvis rariorem eam dicat, significationem tribuere. Nec desunt exempla in similibus. Sic MARCIANUS *ppp*): *in testimonii, inquit, dignitas, fides, mores, grauitas examinanda est*, atque aperte *testes intellexit.*

H 3

SCAE-

UOLA

*nun*) *Annal.* Lib. II. cap. 13. ubi consulatur ER-  
NESTI et quos laudat GESNER et LIPSIUS.

*ooo*) in BRISSONII de Uerb. Signific. editione, uoc.  
*Contubernium n. 6.*

*ppp*) cap. 2. *ω.* de *testib.* caue tamen hanc signifi-  
cationem transferas ad *cap. 1. ω.* Eod. quod fe-  
cit NOODT ad *ω.* br. p. 479. quem ideo iure  
reprehendit GRUPEN in *Obseru. rer. et antiqu.*  
*Germ. et Roman.* obf. XIV. p. 271.

UOLA *qqq*) porro nauigium dixit pro nauigatione,  
nec quidquam magis in iure solemne est, quam  
*custodiam* dici pro *custodiente* aut *re custodita rrr*).  
Sed ut e diuerticulo in viam redeamus, filios seruos  
fieri porro docet Ualentianus *sss*): *Si apud libi-*  
*dinosam mulierem plus ualuit cupiditas, quam li-*  
*bertas, ancilla facta est, non bello, non praemio,*  
sed

*qqq*) cap. 122. §. 1. *π.* de Uerb. Oblig. Plata exem-  
pla dabunt e nostris BYNKERSHOECK Ohf. lib. I.  
cap. 21. et DUKER in Opusc. Uar. de latinit. Uer.  
ICTor. ed. Lips. p. 531. sq. e reliquis profanis  
sacrisque scriptoribus Jo. Ger. Uossius Instit.  
Orat. cap. de Metonym. et Synecdoche, ac DRA-  
KENBORCH ad LIU. Lib. III. cap. 15.

*rrr*) Haec quoque ratio planissima uidetur uia ad  
explicandum famosissimum cap. 13. §. 1. *π.*  
de pigner. act., in quo tot egregia desudarunt  
ingenia, ut conjecturarum nullus fuerit modus.  
Interpunge: *Uenit autem in hac actione et dolus*  
*et culpa; ut in commodato uenit et custodia; uis*  
*maior non uenit, et nihil difficultatis video si*  
*explicas: Actione pignoratitia agitur tam ad*  
*dolum praestandum, quam ad culpam;* (ad quam-  
nam? non definit ICTus, quia id omnibus no-  
tum) praeterea quoque, quemadmodum in com-  
modato, agitur ut res ipsa singulari custodiae  
tradita restituatur. Atque huic rei conforme est,  
quod Imp. rescribunt, cap. 19. Cod. de pignor.  
et hyp. pignorum creditorem custodiam exhibere  
debere. *Exhibere autem proprie dicitur, quan-*  
*do corpus sustinet.*

*sss*) cap. 6. Cod. Tb. ad SCtum Claud.

*sed connubio: ita, ut eius filii iugo seruitutis  
subiaceant.* Ut uero ad locum TACITI reuer-  
tamur, ARNALDI quidem nostri haec est sententia,  
verbis: *qui nati effent*, non indicari liberos,  
postquam in seruitutem deducta erat mater, editos  
sed iam antea natos, id quod ex eo sibi persuadet,  
quod forma praeterita utatur Tacitus. Demus  
tandem hoc illi, ne obtrectandi studio teneri nos  
aliquis existimet. Neque tamen uel sic omnem  
scrupulum ex animo nobis euulsum esse lubenter  
confitemur. Serui quidem esse non poterant, quia  
mater adhuc libera erat, et ex libera serui non  
eduntur, acque autem minus libertini, quoniam  
in seruitute nunquam fuerant. Libertini enim tan-  
tum habentur, qui ex iusta seruitute manumis-  
sunt *ttt*). SALINERIO autem, si LIPSIO querenti,  
quemadmodum libertus esse posit, qui seruus  
nunquam fuit? reponit, quo pacto mulier dici  
posit liberta, quae non seruierit? respondere nobis  
liceat cum magno GRONOUIO *uuu*), haec non esse  
paria. Liberos enim nil tale merentes, tam atro-  
cem poenam subire, matrem uero nefarie pollu-  
tam impunem in statu suo seruare, quis non cru-  
dele dicat atque inhumanum? Quam uero iustius  
hoc, eam, quae in seruiles amplexus impudica  
irruerat, uel faltem ingenuitate priuari. Uere  
enim PLAUTUS *www*) cecinit:

H 4

Qui

*ttt) cap. 6. 27, de stat. hom.**uuu) ad TACITUM Ann. Lib. XII. cap. 53.**www) Mercat. V, 4. 8. recipi autem coniecturam  
Jo. Frid. GRONOVI.*

=====  
*Qui bono sunt genere nati, si sunt  
 ingenio malo,  
 Suopte culpam generi capiunt, genus  
 ingenio improbant.*

Atque haec quidem hactenus. Otio enim abuteret et patientia lectorum, si adhuc referre uellem sententias GUNDLINGII, SCHWARZI et HEUMANNI xxx) de SCto hoc Claudio. Eiusmodi enim sunt indolis atque conditionis, ut per se ipsae corruant.

xxx) in Act. Erud. a. 1732. p. 290 et a. 1733 p. 431.  
 GUNDLINGIUM sequitur BRUNQUELL in Diff. de  
 acquisit. dominii ex lege, in Opusc. p. 476.

CAPUT

## CAPVT XIV.

*Ad rem annonariam, et nihil mutantem  
esse in cap. V. &c. de admin. rer.  
ad ciu. pert. Donati lectio defensa.*

Justo praeconio *H. G. van VRYHOFF* Observationum libellum passim extulit non minori laude conspicuus *ICtus FÜTTMANNUS*, et a nitida facie haec quoquidam detersit. Nam licet ille inter Batauoruim Criticos sit modeſiſſimus ipſeque loca innumerā a ſuperuacua crifi vindicauerit, non tamē ubique manus cruentas abſtinuit, ſed ingenio nonnunquam praeter neceſſitatē indulſit. Igitur, quam ipſe deprecatus eft ueniam in praeposteris aliorum opinionibus proſligandis, eam neē nobis grauetur in ſuis quibusdam coneedere.

Choreas ducat Paulus, qui,

*Decuriones, ait, pretio uiliori frumentum,  
quod annona temporalis eſt, patriae ſuae  
praeflare non ſunt cogendi a).*

Ita Florentiae, et nihil mutant ceteri, niſi quod in antiquis plerisque editis in epte *annonae* legatur. Sed offendit Noſtrum b) illud quod, quoniam *MARCIANUS* c), non debere, inquit, cogi decu-

H 5 riones

a) cap. 5. &c. de admin. rer. ad ciu. pert.

b) *Obſ. iur. ciu. cap. 17.* probante *BACHIO* in *der Unp. Brit.* T. I. p. 392.

c) cap. 8. &c. ad *munic.* Add. cap. 3. §. 1. &c. ad *L. Jul.* de *Annon.*

riones, uilius praestare frumentum ciuibis suis,  
quam annona exigit, D. Fratres rescriperunt,  
ideoque apud Paulum quam rescribit, sociumque  
nactus est opinionis suae *Jo. Matth. GESNERUM d.*,  
qui eandem conjecturam eodem fere tempore  
proposuit. Nec abhorret ab eadem sententia *Car.  
Frid. WALCHIUS e)* V. Cl. Sed cum ita non sit  
neque in Etrusca, neque, quam dicunt, Uulgata,  
age, uideamus an sine uenae sectione Paullo uale-  
tudo reddi posfit. Teneridum autem, Romae cu-  
raria annonae, quae Graecis nostris mox εὐθῆνα  
f), mox αἱρῶνται g), sic enim legendum ubique,  
non quod scriptum αἱρονται, audit, fuisse penes  
Aediles et Censores, nec eandem quandoque ipsum  
Senatum respulisse. Docte haec *Jac. RAEUARDUS h) et Franc. DUARENUS i).* In municipiis au-  
tem et ciuitatibus hoc negotium decurionibus datum  
erat, ut pretium statuerent, ratione scilicet habita  
prouentus annui, eiusque in primis pretii quod in  
foro Romano statutum erat. Per se enim definire  
pretium frumentarium uetabantur Decuriones Re-  
scripto Antonini et Ueri. Ita certe intelligendus  
uidetur

d) in *Theſ. Linguae Lat. uoc. Annona.*

e) ad *Cbr. Henr. ECKHARDI Herm. Jur. Lib. I. cap.  
2. §. 51.*

f) *Basil. Lib. LX. tit. 4. Leg. 1.*

g) *Basil. Lib. LX. tit. 44.*

b) *Uanior. Lib. III. cap. 17.*

i) *Disput. Annui. Lib. I. cap. 16.*

uidetur PAPIRIUS JUSTUS ICtus k). Pertinet hue  
insignis DONATI locus ad illud Terentii l):

*Sciisti uti foro.*

Secundum illos, inquit, negotiatores, qui, ante locum commercii, non praescribunt quanti uendant quae aduehunt, sed secundum annonam fori, quam deprehenderint, consilium de uendendis et non uendendis mercibus sumunt. Quo in loco Raeuardus exigit, ut legatus proscribunt. Male, si quid video, et praeter rationem. Neque enim uerissimum est, negotiatores habuisse, in ipsa advectione, mercium suarum pretium in tabula praetereuntium oculis expositum. Hic enim est significatus uerbi proscribere, uti impendio ostendit C. H. TROTZ m). Imo uero praescribere est definire ac statuere, adeoque huic loco opportunissimum. Hoc igitur uult DONATUS: Non solent negotiatores in forum profecturi, et ab emtionis cupido interpellati, in via mercium suarum pretium exponere, sed exspectare donec Aedilis censionem rescuerint. Dixi, Aediles Romae, in Municipiis Decuriones annonam statuere confuesse, nec tamen plane exclusi erant Aediles municipales, quibus tamen in primis

k) cap. 3, §. 1. *ad L. Jul. de annona*, ubi ita scriptum: Item scriperunt: ius non esse ordinis cuiusque ciuitatis pretium grani, quod inuebitur, statuere. *Conf. WESTENBERG in Dis. Marc. Diff. XVII. p. 179. sqq.*

l) *Phorm. I, 2, 29.*

m) in notis ad *HUGON. de prima scribendi Orig.* p. 365. *sqq.*

primis incubuit curare, ut frumentum aduehetur, illud dividere, iustum pondus et munditiem a piloribus exigere, et alia similia, ut post Duranum doce monuit *Joh. WASTEAU n).*

Sed memini me Paullo suppetias laturum promisisse, a quo pauxillum diuergimus. Ita uero eundem capio: Decuriones, pretio uiliori frumentum patriae suae praestare non statim coguntur, si forte, finge obstinacia negotiatorum, coeli uiaeue asperitate, aut alia qua de causa, in breue, ut fieri solet, ac mox practeritrum tempus, annonae caritas incident, quo scilicet damnum non exiguum incurrire possent Decuriones. Nam recte dixit *praestare*, quoniam si incendium annonae ingrauesceret, ut Quinctilianus loqui amat, Romae Senatus Praefectos annonae o) et minutiae ac frumenti dividendi curatores, in Municipiis, in quibus omnia ad Urbis imitationem agi solebant, Decuriones constituebant frumento sumtibus ciuitatis comparando curatores, quo annona conualefret p). Jam fac breui per se redire laxiorem, nam grande

n) de iure et iurisd. municip. in OETRICHS *Theſ.*  
*Difſ. Belg. Vol. II. Part. II. p. 294.*

o) Uid. PETR. BURMANS. de Vectig. Pop. Rom. cap. 8. Ab Augusti tempore ordinaria fuit potestas et ualde spectabilis. LIPSIUS Elec̄t. Lib. I. cap. 8.

p) Uid. v. c. GRUTER. *Theſ. Inſcr. p. CCCXI, 6. et DCXXII, 4.* Add. Eu. OTTO de aedil. coloniar. cap. X. Caue autem credas id muneris uel seruis datum fuisse, quod forte improvidus lector colligat ex lapide hoc?

Uo.

grande damnum incurrerent Decuriones aduecto  
undique frumento, impensis publicis, quarum  
maximam partem ipsi subire cogebantur. *Quod*  
igitur apud Paullum perinde est, ac si scriptum  
fuisset *quoad*, cuius significationis largam exem-  
plorum copiam commodat ERNESTI q). Sed et  
si per *quia* interpreteris, idem erit sensus. *An-*  
*nona* autem *temporalis* quae sit, potest dubitari.  
Illam quidem hic denotare illud pretium existimat  
uan VRYHOFF, quo frumentum enim potest eo  
tempore, quo uenditio a Decurionibus facienda est.  
Cui interpretationi, me peniam impetraturum spe-  
ro, si fidem prius non adhibuero, quam exemplis  
fuerit declarata. Mihi quidem *annona* hic absolute  
pro *annonae caritate* posita uidetur. Quam uo-  
cabuli uim cum nusquam repererim expositam,  
locis aliquot confirmabimus. Ita uero CICERO r):

qui

UOLUSIAE ARBUSCULAE

PALLANS Q. N.

A FRUM

CONTUBERNALI CARIESI

MAE ET SIBI

PERMISSU DEC.

ap. Eund. GRUTER. p. DXCIII, 2. Is enim se-  
uus domini sui frumento praefectus uidetur, hoc  
que adeo referendum inter seruorum munia,  
Uillici credo.

q) in Clau. Civ. uoce *quod*.

r) Or. pro Dom. cap. V. §. ii.

qui facultate oblatā, ad imperitorum animos  
incitandos, reuonaturum te tua illa funesta la-  
trocinia ob annonae causam putarunt. Et mox:  
si in causa fuit annona, seditionis quidem con-  
citor et stimulator tu fuisti. Et LIVIUS s): An-  
nona haud multum laxauerat, idemque alibi  
passim t). Temporale autem est, quod in tem-  
pus durat, was nicht anhaltend ist, et opponitur  
continuo. Quo sensu eleganter CURTIUS u)  
Graecorum ingenia temporalia dixit, i. e. varia  
et quae cito mutantur, ac Glossae οἰροχρονες  
exponunt temporale. Nolle quoque apud  
MARCIANUM w) et PAPIRIUM JUSTUM x) an-  
nonam interpretari frumenti pretium, qui signifi-  
catus est alias per vulgaris et post Nostrum late  
demonstratus a DID. SCHAGHEN y) et ERNESTI z),  
fed

s) Hist. Lib. XXVI, cap. 20.

t) u. c. Hist. Lib. IV, cap. 52.

u) Hist. Lib. IV, cap. 5.<sup>a</sup>

w) d. cap. 8. <sup>w.</sup> ad Munic.

x) d. cap. 3. §. 1. <sup>w.</sup> ad L. Jul. de annon.

y) Diff. de re frumentaria cap. IV. §. 7. ap. OEL-  
KICHIS in Thes. Diff. Belg. Vol. II. Tom. III.

z) in Clau. Cic. voc. annona. PÜTTMANNVS adeo  
V. Cl. Probab. II, 13. annonam temporalem capit  
de pretio rerum, quod per annum commune est  
in foro. Ceterum recte ibi Papirium a suspicio-  
ne mendi liberat.

sed prouentum cuiusque anni, ut, quod Imperatores dicunt, ita sit capiendum: Non debere cogi Decuriones uilius praeflare frumentum ciuibis suis, quam annona, h.e. prouentus annuus uel rarus, uel largus exigit. Et sic uidemur nobis hoc capite numerum legum geminatarum in Corpore iuris Rom. parumper minuisse.

---

ROSTOCHII,  
LITTERIS ADLERIANIS.





Kc 1296

X2326841

W5



ANDRAEAE GVLIELMI CRAMER,

ANTECESSORIS RILIENSIS,

DISPVNCTIONVM  
IVRIS CIVILIS

LIBER SINGVLA.RIS.

